



# Explicatio Ionae Prophetae

<https://hdl.handle.net/1874/428364>

# EXPLICA tio Ionæ Pro phetæ,

Autore Ioanne Bren-  
tio.

FRANCOFORTE, apud  
Pet. Brubachium, anno  
1566.

EXPLICA  
IO IONI PRO  
BPCRE

YUNIC JONNEGBE  
10.

YUNIC JONNEGBE  
10.

# Lectori S.

PER VENIT nuper in manus meas Commissariolum reuerendi uiri D. Iohannis Brentij, manu ipsius autoris ante multis annos exaratus, quem & si ipse tanti momenti esse non censet, ut praefatione aliqua Lectori commendet, fortassis ne nuc primum scriptum esse quis existimet, & accuratiorem eius tractationem requirat: tandem ego eum ut publice extet & Ecclesiae commendetur non indignum esse iudico: cumq; hoc posterius ab ipso autore impetrari non possit, libellus huius publicatione, quae tamen non absq; autoris permissione aliqua facta est, simus contenti, eaq; grato animo fruamur certi tantam huius uiri ut Ecclesia Dei esse autoritatem, ut solum autoris nomine in frontispicio libri positum, pjs & de Religione recte sentientibus prolixè sit futurum loco praefationis. Ac quod hunc quidem libellum adiunget, persuadeo mihi cum quidem omnibus pjs tam acceptum fore, ut merito dolerent, si publicatione eius iniudicarent Ecclesiae, eumq; prorsus interire, aut in aduersarijs, quae uocat, absq; ullo fructu delitescere auctor uoluisset. Vidi ante aliquot annos apud quendam meoru eo tempore familiarium,

alia nonnulla non contemnenda eius nostri autoris  
in Ieremiam & Ezechielem Prophetas, in Syra-  
ciden &c. manu scripta collectanea. ac memini  
me auctori scripsisse orasseq; ut ea recognosce-  
ret & publica fieri permetteret. Sed nihil hacte-  
nus impetravi. Nunc autem cum ille, apud quem  
uideram, interea obierit, eiusq; libri distracti sint,  
exemplaria illa aut à quopiam surrepta, aut ab  
imperito aliquo discerpta esse uereor. Non cessa-  
bo tamen & rogare & hortari auctorem, ut haec  
& similia exemplaria, Ecclesie Christi nō parum  
profutura, intercidere & perire non sinat.

Christus uirum hunc de Ecclesia

Christi optimè meritum diutin-

us incolumem nobis seruet.

Vale.

Hartmannus  
Beyer.

PRÆFA-

A

# Præfatio in pro PHETAM IONAM, IO.

HANNIS BRENTI

**P**AULVS ad Corinthios  
scribens, de conuentu  
Ecclesiæ, iubet in eo o-  
mnia fieri ad ædificationem. Cùm  
conuenitis, inquit, unusquisq; ue-  
strum psalmū habet, doctrinam  
habet, reuelationē habet, lingua  
habet, &c. omnia ad ædificationē  
fiant. Cùm igitur conueniendum  
nobis sit certis diebus in hebdo-  
mada, suscipiam diuina gratia ad-  
iutus, eo tempore prophetam Io-  
nam explicandum, ut in hoc con-  
uentu utiliter uersemur, & uerū

A 3 accœ-

*Prefatio in Ionam prophetam.*

'ac cœlestē fructum reportemus.  
Non enim conuenimus in ecclē-  
sia, ut nūgas agamus, sed ut uerbo  
Domini erudiamur. Nec in hoc  
diuinitùs creati, ac redépti sumus,  
ut helluemur, & genio indulgea-  
mus, sed ut uerum Dominū De-  
um nostrū, per Iesum Christum fi-  
lium eius cognoscamus, & eum  
glorificemus. Suscepimus igitur  
Ionam interpretādum, ut ex hoc  
propheta de officio & uocatione  
nostra admoneamur.

Etsi autem scriptum huius pro-  
phetæ admodum paruum est, ta-  
men cōtinet insignem & memo-  
rabilem historiam. Dicemus igi-  
tur Primum, Quis fuerit prophe-  
ta Ionas. Deinde quæ & quanta sit  
autori-

*Praefatio in Ionam Prophetam.*

autoris scripti eius. Postremo,  
quod sit argumentum, & quæ sit  
summa doctrinæ in hoc scripto  
contentæ.

Primum. De propheta Ionanō  
nulli sentiūt, q[uod] fuerit filius uiduæ  
Sareptanæ, quæ pauit Eliam tem-  
pore famis. Sed hoc incertum est,  
nec uidetur uerisimile. Nos certa  
sequamur. De hoc enim propheta  
manifestè scribitur 4. Regum  
14. q[uod] Jerobeam rex Israe lis instau-  
rauerit collapsum regnum suum,  
iuxta sermonem Ionæ, filij Ami-  
thai, qui erat propheta de Gathhe-  
pher. Hinc apparet, q[uod] Ionas fuerit  
insignis propheta, nec habuerit  
tantum eam concionem, quæ in  
hoc libello scripta est, sed etiā mul-

Prefatio in Ionam prophetam:

tas alias, quæ non sunt scriptæ. Cōseruauit enim concionibus suis, duo illustrissima regna . In Israe l erat quidem regnum excellens; sed temporibus Ione erat Regum impietate & hostium incursionibus collapsum . Ionas igitur excitatus spiritu sancto, hortatur populum ad pœnitentiam , & Regem Ierobeam ad capessendā fortiter rem pub. futurum promittens, ut Dominus regnum clementer restituat. Itaq; sit, diuina clementia, ut regno Israel restituantur termini Israe l ab introitu Emath , usque ad mare solitudinis (sicut scriptura loquitur) iuxta sermonem Ionæ &c.

In Niniue uero erat summa & præcipua Monarchia. Decreuerat autem

*Prefatio in Ionam prophetam.*

autem Dominus delere urbē Ni-  
niuen. Sed Ionas conseruat eam  
fua concione, ut & Monarchia e-  
ius conseruetur. Quare cùm Io-  
nas cōseruauerit cōcionibus suis  
duo insignia & illustrissima regna,  
nō est inter abiectos hoīes, sed in-  
ter præcipios prophetas haben-  
dus, ut qui etiā multos alios pro-  
phetas, Elaiā, Oseam, Amos, Mich-  
eam, & qui post hos sunt, ætate ac  
ministerio suo præcesserit, &c.

Deinde consideranda est certi-  
tudo & autoritas huius scripti. De-  
fide enim huius scripti nunquam  
in Ecclesia dubitatum est. Hic e-  
nim libellus semper habitus est in  
ter eos libros, quos uocant Cano-  
nicos sacræ scripturæ, & qui habet

*Praefatio intonam prophetam.*

cœlestia testimonia. Accedit præterea Testimonium Domini nostri Iesu Christi, quod ut est grauis simum, ita etiam certissimum, propterea, q̄ Christus filius Dei confirmauerit testimonia suarum cōcionum multis magnis & stupendis miraculis. Matthæi 12. & aliâs, allegat Christus exemplum Ionæ, de resurrectione sua, & affirmat, Ionam è uentre ceti ereptum, esse Resurrectionis suæ typum. Deinde Christus præponit pietate Niniuitas Israelitis, quod illi adunantur concionem pœnitentiam egerint, hi ne multis quidem concionibus ad Dominum conuentantur. Quare si unquam dubitatum esset de autoritate, ueritate,

& cer-

*Præfatio in Ionam prophetam.*

& certitudine huius scripti, Christus tamen suo testimonio ita confirmauit, ut ne angelo quidem aliud dicenti credendum esset.

Postremo, Cognoscendū est Argumentum, seu præcipui loci huius prophetæ.

Primus locus est, De seueritate iræ diuinæ erga inobedientes uocationi suæ. Ionas fuit propheta Deo acceptissimus, & qui antea res maximas in Israel gesserat, ac concionibus suis regnum Israelis conseruauerat: Tamen, cum esset inobediens, & fugeret uocationē Dei, coniectus est, diuina ordinatione, in mare. Obseruandum exemplum diuinæ Seueritatis. Quale etiam extat in Saule, qui non excepta-

*Prefatio in Ionam prophetam.*

pectato Samuele sacrificauerat, q  
res uidebatur ualde leuicula. Item  
in propheta, quem leo propter in  
obedientiam occiderat, 3. Regū  
13. Vnde & aliās dicitur: Melior est  
obedientia quam uictimæ.

Secundus locus est, De summa  
Dei clementia, qua liberare solet  
suos inuocantes ipsum in uerita-  
te. Ionas coniectus est in mare, &  
deuoratus à ceto. Etsi autem natu-  
raliter non potuit seruari ac libe-  
rari, tamen diuina potentia & cle-  
mētia seruatus & liberatus est ma-  
ximo miraculo. Hoc miraculum  
uidetur quidem sapientibus hu-  
ius mundi, & cōtemptoribus uer-  
bi Dei ridiculum, & simile fabulis  
anilibus. Sicut & Lucianus uide-  
tur ad

*Præfatio in Ionam prophetam.*

tur ad hoc miraculū obscurādum  
aut deridendum à Satana excita-  
tus, cùm scripsit librum De Veris  
narrationibus, in quo recitat quē  
dam cum comitibus in naui de-  
uoratum à ceto , & in ceto fuisse  
montes , sylvas & urbes , ad quas  
illi naue sua appulerint , & pluri-  
mum delectati fuerint. Hoc appa-  
ret à Luciano effectum ad deridē-  
dos Christianos , q̄ credant tale  
quid in Iona propheta gestum es-  
se. Sed talia multa excogitantur à  
Satana ad eludēda diuina miracu-  
la. Nos uerò sciamūs hoc miracu-  
lū habere coelestia testimonia, si-  
cūt suprà recitauimus , & esse rem  
uerè gestam. Deus qui creauit cœ-  
lum & terram ex nihilo , & excitat  
mortu

*Prefatio in Ionam prophetam.*

mortuos, potuit etiam prophetā suum in uētre ceti aliquandiu seruare. Agnoscamus igitur in hoc miraculo potentiam & clementiam Dei, quod & idcirco gestū est, ut orbi proponeretur exemplū Resurrectionis Christi, & postea omnium piorum ad æternam vitam, sicut postea, volente Deo, se quietur.

Tertius locus est, De Resipiscētia. Multi fuerunt, qui negauerūt lapsis receptum ad gratiā Dei. Et multi sunt, qui cùm peccauerunt, sentiunt sibi non patere amplius ianuam salutis. Sed ponuntur hīc duo exempla pœnitentiæ, Alterū in propheta Iona, qui & si lapsus, tamen resipiscēs, recipitur à Deo  
in gra-

*Prefatio in Ionam prophetam.*

in gratiam . Alterum in Niniuitis,  
qui & si grauissime peccauerant, i-  
ta ut meriti erant internectionem,  
tamen pœnitentiam agentes reci-  
piuntur in gratiam Dei, & conser-  
vant suam ciuitatem . Reuertamur  
igitur ad Dominum per pœnité-  
tiam, certissimi , q̄ Deus nos reci-  
piat, & gaudium sit angelis super  
pœnitentia nostra.

Habes, quis fuerit propheta Io-  
nas, quę sit autoritas huius scripti,  
& qui sunt præcipui loci eius. Quę  
si obseruentur, proderunt nobis  
ad timorem Dei, ad fidem  
& obedientiam, qui sunt  
cultus Deo gratissi.  
mi,

1. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
2. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
3. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
4. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
5. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
6. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
7. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
8. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
9. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*  
10. *Contra* *adversarios* *pro* *rebus* *christianis*

# EXPLICA- tio Prophetæ

IONAE,

Autore Iohanne Brentio.

## CAPVT PRIMVM.

FACTUM est uerbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatem grandem, & prædica in ea, quia ascendit malicia eius coram me.



CRYPTVRA ueteris Testamenti sepe ac multum testificatur, quod Deus locutus sit cum Patriarchis & Prophetis, Sicut & Epistola ad Hebræos ait: Multifariam ac multis modis

B

modis

2 Explicatio Iohannis Brentii

modis Deus olim loquutus Patribus per Prophetas . Cognoscamus igitur, quo modo Deus locutus sit, et fecerit Verbum suum ad Patriarchas & Prophetas.

1. Aliquoties enim collocutus est cū ipsis, misso angelo uisibiliter. Exemplū habes Gen. 18. Angeli ueniunt in spe cie humana ad Abrahamum . Et Ge nesis 19. Angeli educunt Loth ē Zodomis. Sic & apparuit Angelus uisibi liter Zachariæ, patri Ioannis; similiter Mariæ uirgini, Et multis alijs.

2. Aliquando collocutus quidem est Deus cum patribus sonanti uoce per angelum , sed inuisibilem. Sicut collocutus est cum Mose , ex rubo, ubi Mo ses audijt quidem uocem angelī , in persona Dei loquentis, sed nullum angelum uidit . Sic Angelus in persona Dei recitauit Decalogum in monte Sinai, quam uocem audierunt plus quam sexcenta millia hominum, sed nemine uiderunt. Deut. 4. Vocem uerborum eius

eius audiuitis, & formam penitus nō  
uidistis. Sic & collocutus est Deus per  
angelum, sed inuisibilem, cum Samu  
ele. 1 Reg. 3. Sic opinor Dominum  
collocutum cum Mōse ex propicia  
torio. Exo. 25. Inde prēcipiam & lo  
quar ad te supra propiciatorium.

Nonnunq̄ collocutus est cum Pa  
triarchis per somnia. Exempla sunt  
Nabuchodonosor, Ioseph, &c.

Nonnunq̄ per Ephod sacerdotale,  
splendētibus uidelicet gemmis in E  
phod. Dicunt enim, quōd sacerdote *Iosephus*  
interrogante diuinum oraculum per *Antiq. lib.*  
Ephod, gemmæ plus solito splendu  
erint, cūm Deus ad interrogationem  
annueret. Cūm uero renueret, gēmæ  
pristinum tātum nitorem retinuerūt.  
Nam quōd Dominus dederit oracu  
la per Ephod, testatur scriptura 1. Reg.  
23. & 28.

Nonnunq̄ collocutus est cum pa  
tribus per uisiones, quas Spiritus san  
ctus occulta inspiratione interpreta

B 2 batur,

6.      Præterea aliquoties collocutus est  
cum ipsis absq; uisionibus, occultata  
tum spiritus inspiratione.

Quocunq; autē modo Deus collo-  
cutus sit cū Iona nostro, titulus nō  
exponit, nec etiam cognitu necessari-  
um est. Sufficit enim nobis cognosce-  
re, quod Deus uerè sit cū Iona collocu-  
tus, & quod uocatio Ione, ad prædican-  
dum Verbum Domini in Ninive,  
sit uerè diuinitus facta, quemadmodū  
supra testificati sumus.

Etsi autem multi sunt curiosi, qui  
cogitat fœlicissima fuisse ea tempora,  
quibus Deus tam uarijs modis cum  
patribus collocutus est, & affirmat se  
libētius adhibituros fidem uerbo dei,  
si Deus cum ipsis sic colloqueretur, ta-  
mē si rem recte perpēdamus, nūc post  
quam Christus aduenit, & diuulgauit  
Euangelium suum in totum orbem  
terræ, multo fœliciora sunt tempora,  
q; olim fuerunt. Deus enim collocutus  
est

est nobiscum nō per angelum, nō per somnia, aut uisiones, sed per suum ipsius filium, Dominum nostrum Iesum Christum, qui maiestate sua superat omnes angelos. Vnde Epistola ad Hebreos ait: Nouissimè locutus est nobis per Filium, quem constituit heredem uniuersorū. Et Christus ipse ait: Beati oculi, qui uident, quæ uos uidetis. Et mox: Multi desiderarunt uidere, quæ uos uidetis. Et Paulus: Nunc proprius est nobis Salus, quam tuū, cū cresdebamus. Cū enim filius Dei commēdatus nobis sit cœlesti uoce: HVNC AVDITE, fœlicissimus est qui huius uocem, quæ est uox Euangeliū eius ita audit, ut fide accipiat, & uocatio eius obsequatur. Qui aut̄ huic nō credit, is nec crederet, etiamsi omnes Angeli, Patriarchæ & prophetæ corām adstant & de uerbo Dei testificaretur. Quare nō negligamus fœlicitatē nostri tēporis, sed attendamus ad cœlestem uocē filij Dei, ut ueram salutem consequamur.

B 3 Dein

Deinde, sequitur in Iona , ad quid uocauerit eum uerbū Dei. Surge, inquit, Vade ad Niniuē cūtiatē gran- dem, & PRAEDICA in ea, quia as- cendit malicia, &c.

De urbe Niniuē, & quis fuerit pri-  
mus eius conditor, habes Genesis 10.  
Excreuit aut̄ in tantam amplitudinē,  
ut non minor fuerit Babylone, quae  
in ambitu fuit quīndecim milliarium

*Vide com-  
mentarium  
Esai. cap.*

13.

Germanicor̄. Vnde infra dicit̄: Niniuē erat cūtiā magna, itineret triū die-  
rum. Et in fine dicitur, quod fuerint in  
ea cūtiā plus quam centum uiginti  
millia puerorum. Quātus igitur fuit  
numerus viror̄, mulierum, seruorū,  
ancillarum, & aduenarum? Quare Ni-  
niue fuit una ex maximis urbibus in  
uniuersa terra.

Quo tempore autem missus est Io-  
nas ad eam, fuit in ipsa, potentissima  
terræ Monarchia . Et habitarunt in  
ea, nō Iudei circumcisí, sed Gentes in  
circumcisæ,

Cūm

Cum igitur Deus mittit ad eā Prophetam Iōnam, perspicuē significat se non esse Respectorem personarum, qui uni tantum Gentī saueat, & aliam abominetur, & qui sit tantum Iudeorū & Deūs, sed etiam qui sit Deūs Gentī. Et vult Deūs non unām tantū Gentē, sed omnes homīnes saluos fieri. Non est distinctio (inquit Paulus) Iudei & Grēci. Nam idem DOMINVS OMNIVM. Hoc aut̄ non sic intelligendū est, quod Deūs faciat indiscriminatim omnes Gentes saluas, etiamsi manse-  
rint in sua impietate, & non conuertā-  
tur ad DOMINVM. Absit. Sed quod omnes Gentes cupiat saluas fieri, & nullam reūciat, si resipiscant, & uerū Deūm agnoscant. Vnde & Paulus nō simpliciter dicit: Idem DOMINVS omnium, diues in omnes. Sed addit, Inuocantes ipsum. Non em̄ oēs sim-  
pliciter saluant, Sed omnes, qui Inuo-  
cant DOMINVM. Omnis, iuquit,  
qui Inuocauerit nomen Domini, sal-

*Roman. 10.* uus erit. Quomodo autem inuocabūt  
in quem non credunt? Ergo qui salui  
fieri cupiunt, necesse habent uerbum  
Dei, seu Euangeliū audire, & credere,  
ac inuocare Deū per Iesum Christū.  
Non enim est in alio Salus. Vnde &  
Niniuitæ non simpliciter saluantur,  
Sed mittitur ad eos Propheta, qui ad  
nunciet eis uerbum Dei, quod crede  
rent ac resipiscerent.

Deinde, Cūm Deus dicit: Prēdica  
in ea, quia ascendit malitia &c. manife  
stè patefecit, quem affectū gerat erga  
homines peccatores. Etsi enim odio  
habet iniuriam, & peccata, tamen  
cupit homines seruare, si modo egerint  
pœnitentiam. Quare priusq; immittit  
supplicium, reuelat uerbum suum,  
& uocat eos ad pœnitentiam. Priusq;  
uenit diluuium, uocauit Deus homi  
nes ad pœnitentiam, per Noe. Anteç  
uenit incendium Sodomæ, uocauit  
Deus Sodomitas ad pœnitentiam per  
Loth. Cū instaret uastatio urbis Hie  
rusalem

rusalem, uocauit Deus Iudeos ad poenitentiā per Prophetas, & postea, per Christum & Apostolos. Sic & hoc loco, priusq; Niniue subuertatur, uocantur ciues ad poenitentiam per Ionam. Et quia resipiscabant, idcirco effugient supplicium, sicut postea sequitur.

Hæc idcirco nobis sunt diligentissimè consideranda, quod & his temporibus patefecit sese nobis Deus per uerbum suum, & uocat Germaniam ad poenitentiam.

Primum igitur sciamus, Maliciam Germaniæ ascendisse coram Deo, & instare suppliciū. Nō enim nūc primū Germania incepit peccare, sed peccauit iam multis annis Idolatria, Abusus noīs Dei, adulterijs, Imposturis, & omni genere scelerum. Hæc malicia his temporibus ita multiplicata est, ut ascenderit in cœlū coram Deo. Quare nihil certius est, q; quod merita sit Germania extremam internectionem.

Deinde sciamus, quod cum patefa-

B 5 cium

ctum sit uerbum Domini, reliqua ad  
huc sit spes salutis. Nisi em̄ Dominus  
cuperet Germaniam seruare, non re-  
uelasset ei Euangelium suum. Cūm  
igitur reuelauerit, manifestum est ar-  
gumentum clementiæ suæ. Itaq; si uo-  
luerimus supplicium euadere, agenda  
est pœnitentia, quæ qualis debeat esse,  
postea, Deo uolēte, sequetur. Quòd si  
autem fuerimus contemptores uerbi,  
& impenitentes, certissimum est exi-  
*Ioh. 3.* tium. Vnde dicit Christus: Hæc est cō-  
dēnatio, quòd lux uenit in mundum,  
ac homines dilexerunt magis tene-  
bras, quam Lucem.

Et surrexit Jonas, ut fugeret in  
Tharsis à facie Domini.

Fugit Jonas à conspectu Domini  
in Tharsis, quod alij mare interpretan-  
tur, alij proprium nomen esse sentiūt  
urbis, quam uocant nunc Tunetum,  
quondam Carthaginem. Hic ergo  
duo ueniunt consideranda. Alterum  
est

est Inobedientia Ione, & fuga eius à conspectu Domini. Alterum, Consilium seu causa, propter quam suscepit fugam, & fuerit uocatio Dei inobedientis.

*De fuga à conspectu Domini.*

Quæso te, quid sibi uelit Scriptura, quod dicat Ionam fugisse à conspectu Domini? Quomodo potuit Jonas conspectum Dei fugere, cum Deus impletat cœlum & terram, & ubique sit praesens? Quò ibo, inquit Psalmus, à spiritu tuo, & quò à facie tua fugiam? &c. Et in Amos capite nono dicitur: Non erit fuga eis, & qui fugerit ex eis, non saluabitur. Si descenderint usq[ue] ad infernum &c.

Obseruemus igitur, quod si sermo fuerit de æterna & omnipotenti maiestate Dei, tunc nemo est qui possit manum aut conspectum eius effugere. Quod probat etiam exemplū ipsum Iona. Hic enim instituit fugere manus & conspectum Domini, & abh[ec]t in-nuum,

uim, traiecturus in peregrinam regio nem, tamen non potuit conspectum Dei effugere. Videlicet deus fugam eius. Videlicet consilium & propositum eius. Et deprehendit eum in mari tam potenter, ut quo magis conaretur fuge re, eō arctius manu Dei contineretur, & in extrema pericula, quę fugere uolebat, cōsideretur. Quare unius est cognatus eorum, qui putant se posse cōsilij suis manū aut conspectū Dei effugere.

Quod autem Scriptura de Iona dicit, fugisse eum conspectū Domini, significat eum fugisse de terra Israel, in qua Deus dicebat prę alijs natiōibus habere. Primū, quia in ea terra erat Metropolis Ecclesiæ Dei, & Arca Testamēti, ex qua Deus solebat respōsa dare. Exo. 15. Deinde quia Deus instituerat in ea terra publicum ministeriū prēdicandi uerbi Dei, & solebat sese Prophetis reuelare, ac miracula edere ad confirmandas promissiones suas de Christo. Postremo quia in ea terra habebat

habitatbat Familia, ex qua Christus uenatus erat, qui uera est facies & conspectus Dei, ut quodcumque Christum uiderunt, uerum & aeternum Deum uiderunt.

Ex his discendum est, quod tunc dicitur aliquis a facie Dei fugere, aut se a Deo abscondere, cum fugit ea loca, in quibus uerbum Dei predicatur, aut cum fugit eos homines, qui uerbum Dei adnunciant: adeoque si fugit conspectum Dei, qui abominatur uerbum seu Legem & Euangelium Dei. Sic Genesis quarto egreditur & fugit Cain a facie Domini, quia fugiebat patrem suum Adam, & habitabat longe ab ipso, ne audiret increpationes eius ex uerbo Domini. Sic inobedientes serui ac filii fugiunt faciem Dei, cum fugiunt parentes & dominos suos, ne propter inobedientiam ex uerbo Domini reprehendantur aut puniantur. Sic impi & ignavi fugiunt faciem Dei, cum contemnunt coaciones uerbi Dei, metuentes, ne uerbo Domini, in peccatis

catis & sceleribus ipsorum reprehendantur. Quare etsi qd ad omnipotentem maiestatem Dei attinet, nemo potest uel manum uel conspectum Dei effugere, tamen quod attinet ad externam prædicationem uerbi Dei, & ad reuelatam præsentiam eius, quæ fit per Verbum & Sacra menta ipsius, hi fugiunt conspectum Dei, qui contemnunt uerbum eius, nec utitur sacramentis eius, sed pergunt Deo esse inobedientes, & sceleratam agere uitam.

Quid ergo dicemus? Num qui sic fugiunt conspectum Dei, possunt etiam Deum ipsum, & supplicium eius, qd metuant, effugere? Nihil minus. Quo em magis fugiunt uerbum & sacramenta Dei, eo magis incidunt in manu eius, & fiunt supplicio eius obnoxij. Cain fugit à facie Dñi, sed quo magis fugit, eo maiorí horrore mentis corripitur. Jonas fugit à facie Dei, sed quo longius fugit, eo grauiorib. periculis obiicitur. Quare in peccatis, & metu suppli-

Or̄, non est fugiēdum à Deo, sed potius ad Deum accedendum, per poenitētiā, & inuocationem, qua una uia & ratione fit, ut iram & supplicium Dei effugiamus. Sed de hac re postea.

## De consilio Ione in fuga sua.

Secūdo, Queritur q̄ cōfiliō, aut qua causa Ionas fugerit ē terra Israel, & nō uoluerit uocationi Dei, mittētis eū ad Niniuen, obedire. Alij alias causas recēsent. Dicunt nōnulli, Ionam metuisse sibi à periculis, quę ipsi ppter prēdicationē in Niniue cōtingere potuissent. Prēdicare n. urbem breui subuentā, in ipsa urbe, est cōcitat̄e in se omnes urb̄is ciues, & se se crimini seditionis obijcere. Alij sentiūt Ionam metuisse, ne si Niniuite, qui erāt Ethnici, agnoscerent uerbum Dñi, & resipiscerent, recipereb̄tur à Deo, reiectis Israeliis, in populi suum. Itaq; ne Israēlitæ sui abiijcerent, maluit fugere, q̄ uocationi Dei obsequi. Ac fieri quidem potuit, quod Ionas tales quasdam cogitationes

tiones habuerit, Sed propriam & certam fugæ eius causam Ionas ipse postea capite quarto recitat. Cùm enim Deus parceret Niniuitis, nec subuerte ret eos, iuxta prædicationem Ionæ, ex postulat Ionas cum Deo, & ait: Nunquid non hoc est uerbum meum, cū adhuc essem in terra mea, propter hoc p̄occupauī ut fugerem? Ex his uerbis manifestè intelligimus, quòd Ionas audiens præceptum Domini, quo iubebatur Niniuitis subuersionem prædicare, cogitauerit secum de immensa Dei Clementia, qua Deus solet resipiscētibus ignoscere. Metuit ergo, ne si concionetur Niniuitis subuersione & hi resipiscant, ac conseruētur, habeat ipse Vanus & Mendax Propheta. Erat enim Ionas, non obscurus quispiam homo, nec in Israel tātum notus, Sed erat insignis & celeberrimus Propheta, et habebat nō tam ab Israelitis, quam à reliquis populis uates & Propheta diuinus. Quam famam paraue rat

rat sibi ex eo, quod iuxta sermonem eius uniuersum regnum Israel restauratum erat, sicut scriptum est 4. Reg. 14. Quare Ionus metuit famæ & gloriæ suæ, ne si Niniuitæ resipiscant & conserventur, amittat coram omnibus gentibus laudem nominis sui, & habeatur Mendax, quod honesto viro morte ipsa grauius est.

Sed quid? Num Ionus hoc cōsilio fugæ potuit evadere pericula, & famam nominis sui conseruare? Minime omnium, sed potius coniicit se in extrema pericula, & non solū contrahit infamiam ex inobedientia, uerum etiam periclitatur de vita, & sustinet horrores inferni, dum necesse habet tribus diebus in uentre ceti commorari, & mortem pre oculis continēter uidere. Hic ergo uides, uerissimum esse, quod uulgo dicit solet: Sapienti viro non soleat accidere parvā stultitiam. Einem weisen mann widerferet kein schlechte thorheit, Ionus erat sapientissimus & san-

C. Cissi

ctissimus Propheta in Israel. Et tamē in hoc casu tanta stulticia obruitur, ut existimat se Inobedientia & peccato posse conservare bonam famā nominis sui, nec cogitauerit se tali consilio potius amissū omnia sua & corporalia & spirituallia bona, quam conseruanturum. Sciebat quidē, quid Salomon diceret: Quod timet impius, accidit ei. Sed hoc dictum iam non ueniebat ei in mentem. Sic enim fieri solet, quod si Deus manum suam abstinuerit, tunc ne Propheta quidem in uera obedientia constat.

Primum igitur discamus hoc exemplo Ione, timorem Dei. Nemo debet confidere sua prudētia, sua sanctitate, sua potentia, aut alijs suis donis, sed tantum clementia & misericordia Dei, & in omnibus suis actionibus inuocare Deum per Christum Filium suum, ut nos in uera uerbi sui obedientia conservet. Non est exemplo Ione aliquid temere & inobedienter suscipiēdum,  
 & dicen

& dicendum, Si Deus conseruauit Io-  
nam in inobedientia, conseruabit &  
me: quare ero Deo inobediens. Hæc  
est detestanda temeritas, & tentatio Dei.  
Deus enim conseruauit Ionam, nō ut  
nos disceremus temeritatē & inobe-  
dientiam, sed ut disceremus timorem  
Dei, ne simus inobedientes, quia pos-  
sumus quidem cum Iona cadere, for-  
tassis autem nō possumus cum eo re-  
surgere & conseruari, præsertim si De-  
um temere tentauerimus. Si autē im-  
prudenter ceciderimus, tum uero exē-  
plum Ione docet nos confidere, ne de-  
spondeamus animū, sed resipiscamus,  
& liberabimur. Deinde exemplū Ione  
testificatur ueritatem huius dicti Salo-  
monis: quod timet impius, accidit ei.  
Vulgare enim est, quod homines que-  
rāt pericula euadere impietate, & pec-  
catis, sicut Jonas uoluit uitare infamia  
inobedientia. Sic Pilatus uoluit uitare  
exilium, aut ejectionē principatu, oc-  
cisione innocentis Christi. Sic artifices

C 2 uolunt

uoIunt cauere paupertatem & famē  
imposturis, sed accidit eis quod timēt,  
Maneamus igitur in uocatiōe & obe-  
diētia Dei, ut pericula uerè caueamus.

Et descendit in Ioppen, & inue-  
nit nauem euntem in Tharsis. Et  
dedit naulum eius, & deicēdit in  
eam, ut iret cum eis in Tharsis à fa-  
cie Domini.

Descripta est inobedientia Ionæ,  
nunc describitur securitas eius. Postquam  
ēm statuit se fugere ē terra Israel, nō ad  
Ninivæ, ad quā uocabatur, sed per ma-  
re ad Tharsis, hoc est, ad Aphricā, in  
Carthaginem, aut ut nunc uocant, Tu-  
netum, suscipit profectionem suam,  
securissimo animo. Nihil metuit sibi  
periculi ex fuga. Non existimat Deū  
irasci suæ inobedientiæ, putat se in hac  
fuga latere Deum. Itaque ascendit in nā  
uim, soluit naulum, ut uideatur etiam  
iustus & honestus. Et postea cùm ori-  
tur tēpestas, recipit sese animo securo  
ad interi

ad interiora nauis, & dormit, existimans fortassis hanc tempestatem, uel casu ortā, uel propter impios illos idolatras & incircumcisos, qui unā uehebantur, excitatam. Habes magnam Ionę securitatem.

Describitur autē hoc loco, in Iona, exemplum humanae securitatis post perpetratum peccatum. Hoc enim est ingenium hominis, quod designato peccato, securè contemnunt iudiciū Dei. Existimant iram Dei nō tam gravem esse, quam dici solet, nec ignem inferni tam flagrantē esse, quam pingitur. Sic Adam post esum pomi, securus est. Arbitratur se satis tectū esse perizomate. Sic Cain post occisum fratrem, securus ait: Nunquid ego sum custos fratri mei? Sic David designato adulterio & homicidio, securè ducit adulteram. Varius, inquiens, est euentus beli, nunc hunc nunc illū consumit. Sic Iudas, post proditionem aliquandiu securus obambulat, non requirēs pec-

C 3 catum

catum suum. Sic & Petrus abnegato coram ancilla Christo, securus adstat ad ignem, quasi nihil mali perpetras set. Infinita sunt exempla, quibus obseruamus, peccatum eius esse ingenij seu naturae, quod initio abscondat ab hoie grauitatem irae Dei, & ducat eum in securitatem.

At enim hoc ingenium peccati, & haec natura peccatoris, non tantum sunt cognoscenda, uerum etiam cogitandum est de remedio. Securitas post perpetratum peccatum, maximus morbus est, maxima est impietas, quia inducit contemptum Dei, neglectum cognitionis irae Dei, & suppliciorum, quae propter peccatum inferri solent, ac detinet hominem in impoenitentia. Hoc certe est hominem deducere ad extremam interacionem. Quare explicatur hic morbus, non ut cognoscatur tantum, sed ut excitemur ad quarendum remedium huius morbi, cum neglegatur eius inferat nobis aeternam mortem.

Quid

Quid ergo faciendū est, ut securitati,  
hoc est, morbo longē omnium perni-  
ciosissimo medeamur? Primum, ca-  
uendum erit ab omni peccato, & in ob-  
edientia: quia ut antē diximus, Inobe-  
dientia adfert secum hunc morbum,  
hoc est, securitatem. Sic Genesis. 4. ad  
Cain meditantem homicidium dicit: Si bene egeris, recipies: Si malè, sta-  
tim in forib. erit peccatū tuū (hoc est)  
Si non peccaueris, bene habebis, eris  
Deo gratus. Si autē peccaueris, & ho-  
micerium feceris, nō erit tranquillum  
peccatum tuum. Etsi enim aliquādiū  
quiescat, & faciet te securum, tamen  
uel tandem punietur. Et Deut. 28. Si  
audieris uerbum Dei, benedictus eris  
in ciuitate, in agro &c.

Deinde, Si peccato fueris preoccu-  
patus, & peccatum designaueris, noli  
differre pœnitentiam. Non reijcas  
pœnitētiā in longinquum tempus,  
sed statim respisce. Deus enim nō so-  
let statim punire peccātem, sed differt  
et. 19 q C 4 pœnam

pœnam, non quia approbet peccatum, sed quia expectet pœnitentiā peccatoris. Si ergo tu ipse pœnitentiā in tempore susceperis, effugies supplicium dei. Si autem securè perrexeris in peccato, tunc tanto grauius imminebit supplicium, quanto longius differtur. 1 Cor. 11. Si nos ipsos dijudicaremus, nō diju dicaremur à Domino, hoc est; Si nos post perpetratum peccatum statim agerem⁹ pœnitentiā, tūc Deus nō inferret nobis supplicium. Si Ionas egisset pœnitentiam suæ inobedientiæ, priusq; descendisset in nauim, tunc nō fuisset coniectus in extremam calamitatem. Hieremiæ 18. Si gens illa pœnitentiā egerit à malo suo, agam & ego pœnitentiam &c. Quare ne securitate post designatum peccatum, cōnciaris in perpetuum interitum, agenda est pœnitentia sine ulla dilatione. &c.

Dominus autem misit uentum magnum in mare, & facta est tempestas

pestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri.

Ionas existimat Deum oblitum in obedientiae suae, & dormire. Sed sicut non dormit nec dormitat, qui custodit Israel, hoc est, pios & obedientes, ita non dormitat, qui puniit Esau, hoc est, peccatores impenitentes. Excitat igit maximam tempestatem in mari, ita ut qui in naui erant, despoderent animum de vita.

Hic ueniunt obseruanda.

Tempestates siue in mari siue in terra non ueniunt casu, sed Autore Domino. Dicit enim scriptura, DOMINVS, DOMINVS inquam, misit uentum magnum. Quare non est sentiendum, quod incantatrices possint tempestates pro sua uoluntate excitat. Nisi Dominus permiserit, ne pilum quidem capitatis mouere possunt. Dominus igitur timendus est, non incantatrices. Solent tamen publicis legibus puniri, quod

C S quantū

quantum in ipsis est, conatur perfecte  
hominibus nocere, cum tamen nihil  
efficient, nisi permittente Domino.

Vides quantum malum sit, uocati  
oni Dei non obedire. Ionas inobedies  
est. Et non solum ipse punitur, uerum  
etiam hi qui cum ipso sunt in nauि, co  
niciunt propter ipsum in extrema uitae  
suę pericula. Tale exemplū est Adam,  
qui traxit secum sua inobedientia to  
tum genus humanum in exitium. Si  
militer Iosuæ 7. de Achan. Et Eccle. 9.  
Vnus peccator multa bona perdit, si  
cūt muscae perdunt suavitatem ung  
uenti. Hoc idcirco nobis commemo  
ratur, Primum, ut discamus agnosce  
re grauitatem peccati, & cauere pecca  
tum, ne & nos & amicos ac uicinos  
nostros in exitio trahamus. Deinde ut  
caueam⁹ malorum hominum cōtubernia &  
consortia. Mali & inobedientes homines  
sunt, Blasphemi, Helluones, Scortato  
res, detractores, & id genus alij. Horum  
familiaritate debemus fugere, sciētes,

quod

¶ nulla sit fœlicitas in familiaritate ipsorum. Coniugamus autem nos cum piis & honestis, ut etiam cum ipsis prospera fortuna fruamur. Act. 26. seruantur propter Paulum prius & obedientem uocationi Dei, omnes qui erant in nauis.

3.

Considera stulticiam inobedientiæ. Ionas sperat se posse effugere poenam Dei in mari, sed eo ipso coniicit se in summa pericula: Non enim sunt maiora externa pericula, quam in mari. Sicut significat Psalmus 106. Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescet. Et vulgo dicitur. Wer nicht beeten kan/der schiffe auff dem Meer. Quare Ionas eo ipso uenit in summa pericula, quo uult pericula effugere. Hoc diligenter est obseruandum, ut discamus Deo ueram præstare obedientiam. Nam quod Deus homini mandat, hoc certè homo aut facere debet, aut pereundum est ipsi, nec potest effugere. Iong mandatum erat, ut concionatur

retur

retur urbi Niniq; interitum. Jonas igitur necesse habuit hoc mādatum, aut facere, aut perire. Hic nullum est medium. Sed hoc transferendum est ad omnem Dei uocationem, ad omnia mandata Dei. Deus mandauit ne abutamur nomine eius ad execrationes, Ne helluemur, ne scortemur. Hic necesse habemus, aut obedire aut perire. Nec potes interitū effugere, si nō obdieris, etiam si munieris te summa hominum potentia. Nam sicut Jonas fugiendo in mare, non effugit poenam, sed coniūcit se in poenam, ita hellunes, blasphemī, & alij impoenitētes sclerati eo ipso siūt obnoxij supplicio, q; sperat se à supplicio tutos fore. Quare nulla alia uia effugiendi periculi reliqua est, nisi Obediētia, seu Poenitētia.

4. Singuli inuocant Deū, quisq; suū, &c. q; monemur, primū, Cognitionē aliquam de Deo naturaliter nobis inditam esse. Fuerunt enim in hac nauis homines uariarum religionum. Etsi autem

autem sola illa religio Dei uera erat,  
quam profitebatur Ionas, tamen etiam  
reliqui homines habent quandam no-  
titiam Dei. Ideo unusquisque inuocat  
Deum. Rom. i. Quod notum est Dei,  
manifestum est illis. Sed Gentes aliae  
non habent ueram notitiam Dei, nec  
uerè inuocant Deum. Habent tantum  
notitiam Dei legalem, non autem Eu-  
gelicam. (Hoc est) sciunt quidem De-  
um esse, Deum esse omnipotentem,  
ac nec hoc quidem perfecte, sed tantum  
obscure. Cum autem contemnant uer-  
bum Dei, quo se Deus patefecit, non  
cognoscunt Deum, ut patrem Domini  
nostrum Iesum Christi, in quo solo Deus  
uult cognosci, coli, & inuocari. Quare  
Gentium inuocatio non est Deo accepta.  
Sola autem inuocatio eorum accepta est,  
qui inuocant Deum in nomine Iesu Christi.  
Deinde monemur, quae sit utilitas af-  
flictionum & tempestatum. Hoc sunt  
securi in rerum felicitate; sed ora-  
ta tempestate, incipiunt tandem eleuare  
capita,

capita, suspicere cōlum, & inuocare Deum. Sciamus igitur quod cūm Deus excitat tohitrua, tempestates, & reliqua aduersa, idcirco ea excitet, ut excitet etiam homines ad preces, ad inuocationem, ad poenitentiam. Externis tempestatib. uult Deus internas tēpē states in corde excitare, ut incipiamus cogitare de ira Dei. Vides homines esse securos in hac nauī ante tempesta-  
tē, sed orta tempestate, pperant ad pre-  
ces, inquirunt diligenter de causa tem-  
pestatis, de ira Dei, & cogitāt de reme-  
dio. Hæc nauis est figura huius mun-  
di, in quo homines obambulant secu-  
rissimi, priusq; ueniūt afflictiones. De-  
us igitur immittit afflictiones, ut ex-  
cutiat eis securitatem, & uocet ad poe-  
nitentiam. Ergo utamur tempestati-  
bus ad nostram salutem, ut agnita ira  
Dei, redeamus ad obedientiam eius.

Et timuerunt nautæ, & clama-  
uerunt uiri ad Deum suum, & mi-  
serunt

serunt uasa, quæ erant in nauis, in  
mare, ut alleuiaretur ab eis. Et Io-  
nas descendit ad interiora nauis,  
& dormiebat sopore graui. Et ac-  
cessit ad eum gubernator, & dixit  
ei: Quid tu sopore deprimeris?  
Surge, inuoca Deum tuum, si for-  
tè recogitet Deus de nobis, & nō  
pereamus. Et dixit uir ad collegā  
suum. Venite & mittamus sortes,  
& sciamus quare hoc malum sit  
nobis. Et misserunt sortes.

Nautæ & reliqui in naui uersantur  
in magnis periculis & horroribus. Su-  
scipiunt ergo tria facienda, ut depellat  
a se pericula. Vnū est Inuocatio. Alte-  
rum, est nauis Alleuiatio. Projiciant  
ēm onera in mare. Tertium est Sors.

De Inuocatione. Rectè quidem &  
piè in hoc faciunt nautæ, quod in peri-  
culis suis conferunt se ad inuocationē.

Hec

Hæc enim compendiaria est uia ad effugienda, aut saltem mitiganda pericula. Sed quod Gentes facere solent, detinent hæc pietatem seu ueritatem in mendacio, sicut Paulus loquitur. Non enim inuocant uerum Deum ex fide Seminis Abraham, Sed unusquisque (inquit) suum Deum inuocat. Vnde & hortantur Ionam, ut & ipse suum Deum inuocet. Ac prorsus idem fit in hac nauis, quod solet fieri in toto hoc mundo, etiam inter ipsos Christianos. Sunt enim, qui in periculis nunc huc Sanctum, nunc illum Sanctum inuocant. Quod si nec hic nec ille succurrit, properant ad tertium, aut quartum, aut ad plures Sanctos. & recensent totam sanctorum Litaniam. Hæc est magna in pietas, ac planè Ethnica idololatria. Sancti enim in cœlis, propositi nobis sunt in exempla Diuinæ clementiæ, & Imitationis pietatis, non sunt proposti ut inuocentur. Sed solus Deus in omnibus periculis inuocandus est per Iesum Christum

Christum filium suum. Extant enim tam precepta, quam promissiones de inuocando tantum Deo per fidem in Christum, de quibus alias copiosius,

Alleuant nautæ nauim, & projiciunt onera in mare, ut nauis fiat expeditior, & non submergatur a fluctibus. Exemplum prudentiæ propositum ad imitationem. Hi nautæ tam prudenter sunt, ut malint amittere oës merces & facultates suas, quæ erant naui impositæ, quam uitam suam deserere. Et uerisimile est hanc nauim onerata fuisse preciosissimis mercibus. Et tamen projiciuntur in mare, ut seruetur uita. Hoc exemplum propositum est nobis, ut admoneat nos, quod quemadmodum nautæ ad seruandam uitam suam corporalem, projiciunt a se omnes opes suas, ita & nos multo magis debemus omnia a nobis projiceré, ad seruandam uitam spiritualē & cœlestem. Ac si talis est rerum conditio, ut liceat una cum nostris bonis seruare ~~equa ratione~~ D uitam.

uitam cœlestem. Deus benè ferre pōt,  
ut nostra bona retineam<sup>9</sup>, sicut hi nau-  
tæ in tranquillitate prudenter seruabant  
suas opes & merces. Sed si talis casus se-  
se offert, ut nō possisterena bona uel  
retinere, uel parare, nisi pecces aduer-  
sus Deū, tunc potius amittēda sunt bo-  
na terrena, q̄ cœlestia. Vnde Christus  
Matt. 18, dicit: Bonum est tibi ad uitā  
ingredi claudum & mutilū (aut pau-  
perem & mēdicum) potius q̄ duas ma-  
nus habentē, uel duos pedes (uel mul-  
tos Taleros) mitti in ignē eternū. Sed  
uide mihi, quod maxima hoīm pars  
inter Christianos nō sint tam pruden-  
tes q̄ hi naute Ethnici. Sunt em̄ qui ma-  
lunt nō uerbū tm̄ Dei, sed etiā Deum  
ipsum cōtemnere, & deserere, q̄ quod  
patientur aliquid decidi de lucro suo.  
In negotiatiōe dant operā imposturis;  
in aula dant operā calūnijs, ut alios ex-  
trudant, & fruātur ipsi magistratibus,  
& honoribus eorū. Hi nō alleuant na-  
uim suam in periculis, sed potius ma-  
gis onerant eam, ut non possint expor-

diti uenire ad portum cœlestis regni.  
Quare hi nautæ exurgent in nouissimo die, & cōdemnabunt maximam partē Christianorū, qui tñ inhiant opibus, honoribus & magistratibus, præ quib. nullā prorsus habēt rationē uerę pietatis, qua possent seruari perpetua & cœlesti uita. Mittunt sortē, ut cog noscāt, quis sit inter ipsos nocens, pro

pter quem tanta tempestas orta sit. Etsi aūt licebit sorte uti ciuiliter, in diuidū-  
dis hæreditatibus, sicut Iosue distribu-  
it terram Canaan per sortem, uel in e-  
lectionibus magistratuū, sicut Aposto-  
li elegerūt Mathiam per sortē: Hic est  
ciuilis usus Sortis & licit⁹, de qua sorte 14. ubi per  
dicit Salomō Prover. 16. Sortes mittū, sortē depre-  
tur in sinum, & à Dño iudicium earū: benditur 10

Tamē illa superiora ex ēpla Ionē, Ach  
an, & Ionathē nō sunt nobis absq; spe-  
ciali uocatione Domini imitanda. Nō  
licet nobis per sortem inquirere occul-  
ta. Si quispiam in ciuitate furatus esset,  
ac fur ignoraretur, non licet sortē mit-

D 2 tere

*Simile exem-  
plum Sortis  
extat Iud. 7.  
ubi deprehē-  
ditur Achan  
per sortem.*

*¶ 1. Sam.*

tere inter omnes ciues, & eum pro fū  
rē comprehendere, in quem fors cade  
ret. Sicut enim non sequitur omnia  
somnia esse uera, & per somnia inqui  
rendā esse ueritatem, propterea quod  
Pharao uidit ueritatem per somnia,  
ita etiam non licet generaliter per sor  
tem inquirere occultos nocentes, &  
eos pro nocētibus ad supplicia rapere,  
qui forte deprehenduntur. Hæc est tē  
tatio Dei. Quid ergo prodest nobis  
hoc exemplum Sortis nautarū? Mul  
tum per omnem modum. Videmus  
enim, Ionē peccatum omnibus occul  
tum, deprehendi & manifestari non  
naturaliter, sed mirabiliter per sortē.  
Sciamus igitur, quod nulla peccata,  
nulla scelera, quantumuis occulta, pos  
sint coram Deo celari. Solent homi  
nes clam peccare, & sperant impuni  
tatem, propterea quod peccata eorū  
non sint manifesta. Sed et si peccata la  
tent hoīes, non tamen latent Deum,  
qui & manifestat ac patefacit ea, etiā  
medijs

medijs prorsum impertinētibus. Psal.  
dicit: Quò ibo à spiritu tuo, & quò à fa-  
cie tua fugiam, &c. Ecclesi. 10. In cogi-  
tatione tua regi ne detrahas, & in secre-  
to cubiculi tui non maledixeris diuiti.  
Quia Aues cœli portabunt uocem tu-  
am, & qui habet pēnas &c. Ehe es ver-  
schwigen blieb / so wurden es che die Pappa  
gey schwetzen. Huc pertinent etiā Gruz  
es Ibyci, de quibus extat prouerbiū.  
Caue igitur, ne pecces occulte, spe ira-  
punitatis, sed abstineas ab omnibus  
peccatis, tā occultis, quam manifestis.

Et cecidit lors super Iōnam. Et  
dixerunt ad eum: Indica nobis, cū  
ius causa malum istud sit nobis?  
Quod est opus tuum, quæ terra  
tua, & quò uadis, uel ex quo po-  
pulo es tu? Et dixit ad eos: Hebre  
us ego sum, & Dominum Deum  
cœli ego timeo, qui fecit mare &  
aridam. Et timuerunt uiri timore

magnō, & dixerunt ad eum: Quid  
hoc fecisti? Cognoverunt enim  
uiri, quod à facie Domini fuge-  
ret, quia indicauerat eis. Et dixe-  
runt ad eum: Quid faciemus tibi,  
& cessabit mare à nobis? Quia ma-  
re ibat & intumescebat super eos.  
Et dixit ad eos: Tollite me, & mit-  
tite in mare, & cessabit mare à uo-  
bis. Scio enim ego, quoniam pro-  
pter me tempestas hæc grandis  
est super uos. Et remigabant uiri  
ut reuerterentur ad aridam, & nō  
ualebant, quia mare ibat & intu-  
mescebat super eos. Et clamaue-  
runt ad Dominum, & dixerunt:  
**Quæsumus Domine, ne pere-  
amus in anima uiri istius, & ne des-  
super nos sanguinem innocentē:**  
quia

quia tu Domine sicut uoluisti fe-  
cisti. Et tulerunt Ionam , & mise-  
runt in mare , & stetit mare à fer-  
uore suo. Et timuerunt uiri timo-  
re magno Dominum , & immola-  
uerunt hostias Domino , & uoue-  
runt uota.

Ionas deprehenditur Sorte. Hac-  
nus descripsit Propheta Ionam secus  
rè fugientem , & stertentem. Nunc au-  
tem describit eum coniectum in agni-  
tionem peccati sui , & mutatur securi-  
tas eius in extremam trepidationem ,  
& anxietatem. Sicut enim Petrus ad  
tertium cantum Galli meminit uerbi  
Christi , & continuo agnoscit peccatum  
suum , ac fleuit amare , ita & Ionas sor-  
te deprehensus , statim intelligit prop-  
ter se ortam esse tempestatē , & sentit  
magnitudinem peccati. Quare sua spō-  
te confitetur peccatum , & pronunciat  
in se ipse supplicium , uidelicet , quòd

sit proiec̄tus in mare. Tollite, inquiens, me, & proiec̄te in mare, & cessabit mare à uobis. Habes hic in Iona tres illas partes pœnitentię, quas hypocritæ enumerant, & docenteas esse satisfactiones pro peccatis. Et tamen tantum abest ut satisfaciat pro peccato suo, ut nisi misericordia Dei esset conservatus, perpetuò periret. Primum enim habet contritionem, quia grauis simē dolet propter peccatum, & sentit seuerissimam iram Dei. Deinde, confitetur peccatum suum, non uni tantū sacerdoti, sed omnibus nautis publicè. Postremo suscipit satisfactionem, seu ut uocant, emendam. Er setzt im selbs die bus vff. Mittite, inquiens, me in mare, optimè em meritus sum. Sic & Iudas Ischariot habet tres partes pœnitentiæ Papisticae. Habet contritionem, quia dolet se Christum prodidisse. Habet confessionem, quia confitetur coram pontificibus, peccauī tradēs sanguinem Iustū. Habet & satisfactionem,

Er

Er setzt ihm selbs die grōste buß vñ erhendet sich. Et tamen non expiauit p̄ctm suū hac p̄enitentia, nec consecutus est remissionem peccati. Quare doctrinal sophistarū & hypocritarum de p̄enitentia, uanissima est. Sed quare Ionas, consecutus sit peccati suis remissionē, non autem Iudas, cùm uterq; suscep̄rit tres illas partes p̄enitentiae sophisticae, postea Deo uolente, explicabit. Nunc uideamus, quę ex hoc loco sint obseruanda.

Primum, sciamus Iōnā fuisse Deo Prophetam acceptissimum. Et tamen cùm ad mandatum Dei nō susciperet profectionem ad Niniuen, obiectus est tam grauibus supplicijs, cùm hoc peccatum non uideatur admodū horribile. Neq; enim Ionas designauit uel homicidium, uel adulterium, sed tm̄ noluit hominibus impijs concionari. Hoccine tantum est peccatum? An non multi erant in terra Israel, qui desi gnabāt immanissima scelerata & h̄dū

cunt uitam securam ac tranquillam.  
An nō hi nautæ, qui fuerunt Ethnici,  
erant sceleratores peccatores, quām  
Jonas? Fuerūt enim Idolatrá. Et tamē  
hī euadunt pericula, solus Jonas proiſſi-  
citur in mare, & deglutitur à ceto, cū  
illi digni fuissent, ut terra & mare eos  
deglutiuiſſet. Sed hoc illud est, quod  
Petrus i. Pet. 4. ex Ezechie. capite. 9.  
scribit: Iudicium à domo Dei incipit,  
hoc est. Cūm Deus puniturus est, inci-  
pit poenā à Sanctis suis, Hieremiac 25.  
In ciuitate in qua inuocatū est nomē  
meū, ego incipio affligere &c. Sic  
plus peccabat Malchus q̄ Petrus, &  
tamen Petrus reprehenditur, Malcho  
autē restituitur auris. Deus facit, qđ  
solent boni patresfamilias, qui primū  
omnium reformant suam familiam.  
Mali patresfamilias sunt, qui neglecta  
disciplina suæ familiæ, inquirunt tan-  
tum in uitia familiae uicinorum. Hoc  
idcirco nobis cognoscendum est, ut  
cūm nos affligimur, & uidemus inte-  
rea

rea sceleratissimos hoīes impunes euadere, sentiamus Deū significare, quōd nos simus familiares ei<sup>9</sup>, ideoque incipiāt à nobis iudiciū. Cūm em̄ alij sceleratores sint impunes, argumentū est quod nō sint de familia Dei. Suscipiam<sup>9</sup> igitur suppliciū obedienter, & resipiscamus.

Deinde, Nautæ, etsi conant nauim reducere ad terram, ne mittant manū in eum, quem ipsi coram se iudicabāt innocentem, tamē quo plus nituntur aduersus fluctus, eo maior fit tempestas, nec iuuat eos, quōd alleuiauerint nauim. Hoc exemplo docemur, quōd pericula diuinitus immissa non evitentur humanis consilijs, sed tantūm obedientia, quæ Deo debetur. Humanū cōsilium erat nauim alleuiare. Humanum cōsilium erat, nauim ad littus appellere, sed hęc cōsilia nihil prosunt. Sola obedientia prodest. Deus enim exigebat pœnā à Iona, & constituebat nautas in executores pœnæ. Hoc officiū, hęc obedientia exigebarūt à nautis.

Quare

Quare nō prius evitant pericula, q̄; omissis suis consilijs, sequuntur consiliū Dei in ejciendo Iona in mare. Quod Dei consilium patefactum eis erat tā forte quam cōfessione ipsius met longe. Hoc exemplū in his difficillimis temporibus diligenter considerandū est, presertim Magistratui, & patribus familias. Deus enim incepit nos punire & affligere propter peccata nostra, acreuelat iram suam uarijs tempestatibus. Nunc enim affigit nos bello, nunc contumelij & iniurijs externorum militum, nunc peste, nunc rerū caritate, nūc alijs tempestatibus. Nos autem solemus plerūq; humanaū consilia sequi: externis militibus maledicimus & execramur eos. Contra pestē munimus nos uarijs remedij. Sed hæc nihil proderunt aduersus irā Dei, et si non est negligendus usus eius remedij, quod Deus concessit. Sola autem resipiscientia, & obedientia proficit. Deus à magistratu exigit, ut puniat sce-

at scelera & delicta uulgi, sicut exigebat ab his nautis, ut Ionam proiecseret in mare. Vulgus grauissime peccat blasphemis, ebrietate, crapula, impoſtura. Hęc scelera, nisi magistratus fueriter emendauerit, non erit finis irae Dei & suppliciorum eius, Num. 25. Ira Dei deseuicit in exercitum Israelitarum propter scortationem. Sed postquam Phinees incepit punire sceleratos, placatus est Deus. Tale exemplum extat etiam Iudi. 7. de Achan. Similiter dicendum est de patrefamilias &c.

Sed ab his nautis petendum etiam est exemplum, quanto timore Dei Magistratus debeat punire sceleratos. Non enim prius suscipiunt Ionam, p̄ficiendum in mare, quamuis fusis ad Deum precibus & petita uenia: Quæsumus Domine, ne pereamus &c. Hoc exemplum imitari debet omnes magistratus, in puniendis sceleratis. Nam punire scelera, ac præsertim sceleratos morte afficere, est opus soli diuinæ maiesta

maiestati competens. In lege enim, seu Decalogo dicitur: Non occidas. Hæc lex est naturalis, pertinens generaliter ad omnes homines. Vnde & ante diluvium, nondum ordinato magistratu, non licebat ullum hominem quantumuis homicidam, occidere. Cain & (ut nonnulli arbitrantur) La'mech erant homicidiæ, sed non occidebantur inter suos ciues. Post diluvium autem ordinatus est magistratus, in quem Deus contulit potestatem puniri sceleratos morte, iuxta legem. Debet igitur magistratus hoc officium magno Dei timore exequi, ne pro noncentibus, innocentes puniat &c.

Videamus hoc loco etiam allegoriam, quam Christus ipse nobis significat. Docet enim Christus se adumbratum per Ionam. Sicut ergo cessat tempestas, in lecto Iona in mare: ita si tumultus tempestatis in conscientia oritur propter peccata, iniiciamus Ionam nostrum in mare, hoc est, credamus

damus Christum pro nobis crūcifixum & mortuum, Tunc cessabit tempestas.

Postremo Nautæ immolant, & uota faciūt. Exemplum gratitudinis. Acceptis beneficijs declaremus nos gratios erga Deum, Quo siet, ut beneficia beneficijs cumulentur.

## CAPVT SECUNDVM.

**E**T præparauit Dominus pīscem grandem, ut deglutiret Ionam.

**A**VCA uerba, sed quæ si recte intuemur, afferunt nobis magnam consolationē in oībus aduersis. Nam q̄ Scriptura nō simpliciter dicat, Ionam cōiectum in mare, & deuoratum à pīsce, sed disertē dicat, quod Dominus præparauerit pīscem, qui deglutiret Ionam, manifestē significat, tantam esse & clementiā & pīudentiam Domini,

in con-

in conseruando suo populo, & in tuerenda sua Ecclesia, ut non permittat ei ullum incommodum accidere, nisi antē constituerit rationem & viā, qua ipsam conseruet, & liberet: Quod testantur tam exempla, quam dicta seu promissiones Scripturæ. Inter exempla primum sit, quod nunc nobis in Iona proponitur. Etsi em̄ Dominus irascitur Ione propter inobedientiam, tamen quia agnoscit eum non solum tanquam membrum Ecclesiæ suæ, sed etiam tanquam Prophetā sibi dilectum, preparat ei hospitiū in mari, etiam priusquam in ipsum coniiceret, nec unq̄ tantum licentia permisisset Nautis, ut cōhcerent Ionom in mare, nisi antea excogitasset modum, quo eum in mari seruaret, & iterū liberaret.

Aliud exemplum in Israelitis. Hi premebātur multis annis grauissima tyrannide in Aegypto. Et tamē erant populus seu Ecclesia Dei. Sed nisi Deus antea excogitasset modū, quo eos ētanta

tanta tyrannide liberaret, nunquam concessisset, ut uel in Aegyptum fuissent profecti, uel in Aegypto afflitti essent. Nam quod talem excogitauerit modum, priusquam in Aegyptum proficiscerentur & affligerentur, perspicue testatur Gene. decimoquinto; Semen tuum peregrinum erit in terra non sua, & subiicient eos seruituti. Habes predictionem afflictionis, Sed confestim additur & tempus afflictionis, & ratio liberationis. Affligerent eos quadringentis annis. Veruntamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post hac egredietur cum magna substantia. Vides tempus & modum liberacionis apud Deum definita fuisse, priusquam accidisset afflictio.

Aliud exemplum in ciuibus Hierosolymitanis. Futurum enim erat, ut centum, plus minus, annis, post regem Ezechiam ciuitas eorum vastaretur a Babylonijis, & ipsi abducerentur a Babylonijis in captiuitatem. Sed pri-

E. usq;

usq; hęc euenirent, preparauit Domi-  
nus eis liberatorem, Cyrum, de q; nō-  
dum nato, cōcionatur Esaias cap. 44  
& 45. & promittit Ecclesię liberatio-  
nem, cūm nondum afflictio aduene-  
rat. Tantę enim curę est Ecclesia Do-  
mino , ut non connueret aduersa-  
rijs, donec eam affligerent, nisi ante  
afflictionē prouidisset & cōstituisset  
modum & tempus liberationis. Itaq;  
etiam per Hieremiam definiuit certū  
tempus liberationis ē Babylone, septu-  
agesimum uidelicet annum, &c

Sed p̄cipuum exemplum est in  
Iesu Christo Filio Dei. Hic erat turpis-  
simam mortem passurus & occiden-  
dus. Sed priusquam non solum uenit  
tempus passionis eius, uerum etiam  
ipse homo natus esset, concionati sunt  
Prophetę de resurrectione & regno  
eius: Psal. 15. Esaię 53. & in multis alijs  
locis. Tanto enim fauore Deus com-  
plexus est unigenitum filium futurum,  
ut non permisisset Iudeos tam crude-  
litet

liter in eum grassari, nisi antē definiūs-  
set, quomodo esset ipsum seruaturus  
& liberaturus.

Dices autem. Hoc quidem conti-  
git Chtisto Filio Dei, Similiter Iōnē  
Prophetæ, & alijs quibusdam Sanctis,  
&c. Sed ego sum abieclior & cōtem-  
plicior, q̄ quem Deus respiciat, & tan-  
ta cura obseruet. Et grauissima sunt  
peccata mea, propter quę Deus fortas-  
sis ita me abiijcit, ut prorsus non curet,  
quid mihi accidat. Respōdeo, Sumus  
quidem contempti, si consideremus  
corporalia nostra, & peccata uerè pro-  
uocant Deum ad iracundiam, ut nos  
abiijciat. Sed qui peccatores abiijcit, pp-  
ter peccata, is etiam peccatores recipit  
per pœnitentiam. Er quanquā quod  
ad corporalia attinet, abjecti sumus,  
& morti obnoxii, tamen si fuerimus  
de Ecclesia Christi, tunc sumus in con-  
spectu Dei maximus thesaurus. Qua-  
re summa opera danda nobis est, ut  
agamus pœnitentiam, & simus mem-

bra Ecclesiæ Christi. Hoc autem tunc fiet,  
quando agnitis peccatis, amplectimur  
Iesum Christum uera fide, & ambulamus  
ex hac fide, in uocatione Dei, & in bo-  
nis operibus, quæ Deus præcepit. Nam  
si hoc fecerimus, tunc pertinebunt ad  
nos, oës promissiones, quæ de cura, de  
sollicitudine, de prouidentia Dei, quæ  
habet erga Ecclesiam suam, extant.

Ezech. 33. Viuo ego, nolo morte  
peccatoris, sed magis, ut conuertatur  
& uiuat.

Thre. 3. Si abierit, miserebitur secundum  
multitudinem misericordiarum  
suarum. Non enim humiliauit ex cor-  
de, &c

Psalm. 33. Iuxta est Dominus his,  
qui tribulato sunt corde, & humiles  
spiritu saluabit.

Item: Prope est Dominus omnibus  
inuocantibus eum, &c.

Matth. 10. Capilli capitis uestri nu-  
merati sunt, &c.

Ec

Et fuit Ionas in uentre Ceti tri-  
bus diebus, & tribus noctibus.

Hoc illud miraculum est, quod p̄ij  
fideles admirantur, impij autem & in-  
fideles irrident. Nec dubium est, quin  
Lucianus, quemadmodum ab initio  
diximus, acceperit occasionē, ex hoc  
loco, scribendi libelli sui de ueris narra-  
tionibus, ut doctrinam & miracula  
sacræ scripturæ propinaret toti orbi  
deridenda & subsannāda. Sed impius  
ille Ethnicus accepit suæ impietatis  
mercedem. Nos autē sciamus, quod  
etsi hoc miraculum de Iona, tribus di-  
ebus & tribus noctibus in uentre ceti  
uiuo permanente, uidetur humanæ  
rationi non tam ridiculum quam im-  
possible, tamē de ueritate huius geste  
rei nullo modo sit dubitandum. Pri-  
mum enim hæc historia longe, conti-  
nēt inter libros Canonicos sacræ scri-  
pturæ, nec est unquam de autoritate  
eius dubitatum. Quanta igitur est

certitudo & ueritas totius sacræ scri  
pturæ ( Hæc autem est cœlestis & diui  
na ) tanta etiam est certitudo & ueri  
tas huius miraculi.

Deinde, Christus ipse filius Dei  
Dominus noster, commendat nobis  
hoc miraculum nominatim, suis ipsi  
us uerbis. Quemadmodum, inqui  
ens, Ionas fuit in uentre ceti &c. Ita fili  
us hominis &c. Sicut ergo autoritas  
Christi confirmata est cœlestibus pro  
phecijs & miraculis, uidelicet, munda  
tione leproorum, sanatione claudo  
rum, resuscitatione mortuorum, &  
alijs miraculis, ita & ueritas huius mi  
raculi de Iona, iisdem miraculis est co  
firmata. Quare, etiamsi Ethnici ride  
ant nostram credulitatem, tamen ni  
hil est his miraculis nec uerius nec cer  
tius.

Accedit & illud, quod etiam quoti  
diana miracula confirmant aliq modo  
huius miraculi de Iona ueritatē. An  
nō infans seu Embryon iacet multis  
hebdo

hebdomadis uitius in utero matris, & instantum non moritur aut suffocatur, ut potius subinde auctiorem uitā accipiat. Hęc sunt quotidiana, & tamen propter frequentiam iudicantur potius naturalia, quām miracula: sed profecto non minora sunt miracula, quām hoc de Iona gestum. Quare Deus, qui omnipotētia sua conseruat & uiuificat embryon in utero matris, idem etiam conseruauit Ionā in uentre ceti.

Hoc autem miraculum suum habet usum. Primum, sicut exercuit Ionom in fide, dum adhuc iacuit in uentre ceti, ita confirmauit fidem suam, cùm seruaretur in eo saluus. Deinde, testificatur nobis, sicut alia miracula, certitudinem auxilij diuini, in afflictib⁹ nostris, si Deū inuocauerimus, sicut Ionas inuocauit, ut sequitur.

Postremo, adumbravit mortem, sepulturam & resurrectionē Christi, sicut Christus ipse exposuit &c. Quare

mentione huius miraculi admoneamur tam de clementia diuina in adversis, quam de morte & resurrectione Christi, ut & nos spem liberacionis & resurrectionem concipiamus.

Et orauit Jonas ad Dominum Deum suum de uentre piscis, & dixit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me. De uentre inferi clamaui, & exaudisti uocem meam.

Sequitur Psalmus, quem Jonas ad agendas Deo gratias pro beneficijs eius composuit. Non est autem sentendum, quod tantum ei ocium fuerit, ut in uentre ceti securus obabularet, & hunc Psalmum ad fallendum tempus cantaret; fuit enim obrutus ingentibus doloribus, mortis & inferni, ac uix potuit ullam liberationem sperare. Itaque orauit quidem ad Dominum in uentre ceti, & magna animi tristitia & inge-

& ingenti fiducia. Postq; autem liberatus est, & euanus pericula, composuit hoc carmen, quo non solum testifica retur gratitudinem animi sui erga Deum, uerum etiam commendaret hoc miraculum posteritati, ut omnes in periculis exemplo suo Deum inuocent & certam opem ab ipso expectent.

Solenne autem fuit ueteribus miracula diuina publicis carminibus commendare, qui est cultus Deo gratissimus, sicut testatur Psalmus 68. Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude. Et placebit Deo super uitulum nouellum cornua producentem & ungulas. Nam hoc cultu primum illustratur, bonitas, clemētia, misericordia, omnipotētia, & maiestas Dei. Deinde excitantur homines ad fidem & inuocationem Dei in omnibus aduersis. Hæc sunt sacra quæ Deo uerè placent, & quibus debemus gratitudinem animi nostri in acceptis beneficijs testificari. Si quis

E 5 exempl

exempla requirat, habes Mosen, Deboram, Annam matrem Samuelis, Dauidem, Ezechiam, Zachariam patrem Iohannis Baptiste, Symeonem, & Mariam matrem Christi. Quare & nobis tales Psalmi cognoscendi, & ediscendi sunt, ut ex his de diuinis miraculis admoniti, concipiamus firmam fiduciam in aduersis, & excitemus spiritum sanctum & inuocationem Dei, qua sit ut uerē ab aduersis liberemur. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.

Sed ut reuertamur ad nostrum psalmum, quem Ionas composuit, & Ecclesiæ cantandum tradidit, sciendum est, quod continet septem uersiculos. Primus uersiculus: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum &c. comprehendit in se argumentum & summam totius psalmi, seu carminis, uidelicet quod Ionas obrutus quidem fuerit maximis dolorib<sup>z</sup> animi & angustijs, Sed cum inuocaret Dominum ex fide,

fide, liberatus sit mirabiliter. Primum  
igitur, cùm in hoc carmine uertit se  
rectā ad Dominum, non ad quendā  
mortuum Patriarcham, docet ut in  
angustijs nostris, non conuertamus  
nos uel uotis, uel precibus, ad Sāctos  
mortuos, sed ad solum Deum pa-  
trem Domini nostri Iesu Christi, idqz  
in nomine Christi & propter Christū,  
cū manifesta extet promissio: Quic-  
quid petieritis in nomine meo Patrē  
dabit uobis.

Deinde docet nos quod sit tempus  
aptissimum offerendi Deo preces, &  
supplicationes nostras. Imperiti ho-  
mines existimant, tunc tantum tem-  
pus idoneum esse supplicandi Deo, cū  
uel manè surgunt, uel cubitum eunt,  
uel fœlicem uitam agunt, ac profectō  
ne his quidem temporibus intermit-  
tendæ sunt supplicationes. Cùm autē  
graues afflictiones oriuntur, & acci-  
dunt magna pericula, existimant ho-  
mines magis tēpus esse blasphemādi,  
execran

execrandi, & debacchandi aduersus Deum & homines, quam Deo supplicandi. Sed Propheta cum dicit: Clamaui de tribulatione mea ad Dominum & de uentre inferi clamaui, manifeste significat, qd tunc sit aptissimum tempus supplicandi Deo, cum extrema pericula nobis imminet, & maximis angustijs circundati sumus, sicut & Dauid ait: Iuxta est Dominus his, qui tribulato sunt corde, Et humiles spiritu saluabit. Et iterum: Inuoca me in die tribulationis, eripiam te & honorificabis me. Ac rursus: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.

30.

Tertio, docet Propheta exemplo suo certam sperare salutem, si resipiscentes inuocauerimus Deum ex fide in periculis. Propheta enim inciderat in hoc periculum, non propter suam iusticiam, & obedientiam in uocatione Dei, sed propter iniusticiam & inobedientiam, qua uocatione Dei fugiebat, nihilo/

nihilominus tamen cùm in medijs  
periculis peccatum suum agnosceret,  
& conuerteret se fide, & inuocatione  
ad Dominum, exauditus est, & serua-  
tus mirabiliter. Non solet quidē uni-  
cuique in extremis semper periculis,  
externa salus, & liberatio contingere.  
Certissimum tamen est, quòd si pecca-  
tor, etiam in medijs angustijs, & ad-  
uersis, pœnitentiam agat, & conuer-  
tat se ad Dominum, consequatur sem-  
per ueram & æternam salutem, Etiā si  
corporalimorte pereundum sit. Vn-  
de Psalmus dicit: Accedite ad Deum  
& illuminamini, & facies uestrae non  
confundentur, Iste pauper clamauit &  
Dominus exaudiuit eū. Et Ioann. 11.  
Ego sum Resurrectio & uita, qui cre-  
dit in me etiamsi mortuus fuerit ui-  
uet. Quare non deterreant nos pecca-  
ta ab inuocatione Dei in periculis, sed  
potius excitent nos ad agendā pœnitē-  
tiā, ut possimus Deū ex fide inuocare,  
& pmissam ab eo salutē certō sperare.

PRO,

Proiecisti me in profundum in  
corde maris, & flumen circunde-  
dit me. Omnes gurgites tui & flu-  
ctus tui super me transferunt. Et  
ego dixi: Abiectus sum à conse-  
ctu oculorum tuorum, Verunta-  
men rursus uidebo templum san-  
ctum tuum. Circumdederunt  
me aquæ usquè ad animam, A-  
byssus uallauit me, pelagus ope-  
ruit caput meum, ad extrema mō-  
tium descendì, terræ uectes con-  
cluserunt me in æternum.

In primo huius carminis uersiculo  
continetur summa & status totius car-  
minis, quemadmodum supra indica-  
uimus. Sequuntur nunc reliqui septē  
uersiculi, in quibus copiòse explicat,  
quod in primo uersiculo breuiter est  
propositum.

Ac prin-

Ac principio exponit & recenset  
Propheta, tribulationes, afflictiones,  
& anxietates suas, quas certe nemo sa-  
tis intelligere potest, nisi aliquando &  
ipse tale quid re ipsa senserit. Proie-  
cisti, inquit, me in profundum in cor-  
maris &c. Scimus Prophetam fuisse à  
nautis in mare proiectum, & à ceto ex-  
ceptum. Vide igitur mihi, quam copi-  
ose hoc exponat & dilatet. Projecisti  
me non simpliciter in mare, sed in  
profundum maris, in cor, in medium  
maris, ut undaq; circūdaret me aqua,  
& omnes fluctus ac undæ maris super  
me transirent. Non enim natabam  
tantū in superficie maris, sed cum ex-  
ceptus essem in uentrem ceti, aquæ  
ita circundederunt me, ut penetrarēt  
usq; ad animam meam, hoc est, ut iā  
suffocationi proximus essem. Versa-  
bar enim in abysso maris, & cum ca-  
put ceti, in quo iacebā, implicaretur  
carecto, uidebar & ego implicatus, ut  
nulla mihi euadendi uia pateret. Nec  
simpli

simpliciter in littore maris uehebar,  
sed necesse habebam unā cum ceto  
ad infimas extremitates montium in  
mari, quod montes circundabat, de/  
scendere, & concludi uectibus terræ,  
qui mihi obijciebantur, ne possem me  
recipere in terram. Breuiter, quia erā  
in uentre ceti, tot⁹ uersabar in medio  
mari, ut planè nulla spes reliqua erat  
liberationis. In tātoigit, & tā horribili  
periculo, sic affectus eram, ut existi-  
marem me planè à Deo, quod ad cor-  
poralem uitam & salutem attinet, pro-  
iectum, ac desponderem animum de-  
uita mea, nec potuerim in animum in-  
ducere, ut saluus ē uentre ceti et aderē,  
ac templum sanctum Dei in Hierusa-  
lem iterum uiderem ac uisitarem, &  
inter homines conuersarer. Habet pa-  
raphrasin eorum uersiculorum, in  
quibus periculū, & affectus Prophetę  
in periculo commemorant. Nunc ui-  
deamus, quę nobis in ijs pręcipue co-  
sideranda, & obseruanda sunt.

Primū

Primum, Propheta alloquitur Deum, & affirmat se ab ipso, in mare projectum. Manifestum autem est, quod Nautæ proiecerint eum in mare. Et tamen, Propheta præteritis nautis dicit ad Deum: Tu proiecisti me. Nec dicit: Gurgites maris, & fluctus maris, sed gurgites TVI, & fluctus TVI, super me transierunt. Docet igitur Propheta nos, quod in aduersis non debemus respicere in proxima aduersitatis instrumenta, sed in Autorem Deum. Natura quidem sic corrupti & affecti sumus, ut reñciamus causas afflictionum in proximum quemque uel hominem uel Satanam. Et quemadmodum uulgo de Vrso dici solet, quod Iesus vindicet se de proximo quaque, Er rechnet den nechsten schaden. ita homo offensus inuehitut in eum proximum, per quem offensio contigisse & illata esse uidetur. Sed oculi nostri attollen di sunt in omnibus aduersis in cœlū, ad Deum ipsum uerū & primarium

F aduersi

aduersitatum Actorem. Neque enim  
uel Satan, uel homo, uel alia creatura,  
posset nobis ne unum quidē crinē de  
capite mouere, nisi antea ei potestas  
esset desuper à Deo data, & concessa.  
Non cadit, inquit, capillus de capite  
uestro sine uoluntate Patris. Et Hie  
remias in Threnis. Quis est, qui uixit,  
Ex ore altissimi nec bona nec mala  
egredientur? Quod cùm p̄i aut pœni  
tenteshomines per fidem considera  
rent, non uerterunt se contumeliosis  
dictis, &uirulentis execrationibus in  
aduersis, contra homines aut alias cre  
aturas, per quas afflictio immitti uide  
batur. Sed uerterunt se pia obedientia  
& precatio ad Deum, qui erat prin  
cipalis autor afflictionum. Etsi enim  
nos ipsi sumus principalis causa om  
nium nostrorum afflictionum prop  
ter peccatum nostrum, tamen nos nō  
loquimur de causa Meriti afflictionū,  
sed de causa inferente afflictiones. Et  
hec principalis causa est Deus, rerum  
omnium

omnium administrator, sine cuius uoluntate ne pauper quidem in terram cadit. Sic Job dicebat: Dominus dedit, Dominus abstulit, cum Chaldei abstulissent ei oves & boues, Sed Job respiciebat non in instrumentale, sed in principalem causam. Sic Daniel capite nono dicit: In uniuersis terris, ad quas EI ECISTI eos propter iniuriam eorum &c. Dicit, quod Deus elecerit Iudeos, in uniuersas terras, ex Hierusalem, cum tamen Babylonij hoc fecissent. Sic & Jonas hoc loco affirmat se a DOMINO projectum in mare, cum nautæ ipsum projecissent.

Discamus igitur hoc exemplo in omnibus aduersis oculos nostros ad solum Dominum Deum nostrum attollere, & ei accepta referre aduersa, ut cognoscamus uoluntatem Dei in aduersis, & concipiamus patientiam, ac excitemur ad poenitentiam & inuocationem, qua consequimur ueram

F 2 salutem

salutem, quæ non potest nobis contingere, si inuencti in proximam causam instrumentalem, maledictis & execrationibus studeamus.

Secundo, uidemus, quod propheta in uentre ceti, contremuerit maximo horrore & metu mortis. Cum angustiaretur, inquit, in me anima mea. Non enim sentiendum est, quod ob ambulauerit in uentre ceti securus, & tranquillus, sed quod quoquis momento expectauerit imminentem mortem pauidissimo animo. Legendæ sanctorum, proponere nobis solent crucifixus & mortes eorum, perinde ac si nullo sensu doloris sustinuissent supplicia, & adijssent mortem lætissimo animo, non aliter, quam si puella accedat ad choream. Ac beneficio quidem Dei fieri potest, ut aliis adeat pericula mortis fortiori animo, quam aliis, non aut sentiendum est, quod hi sint in infelici statu, qui magno metu mortis corripiantur. Exercet enim Deus

Deus hoc metu Sanctos suos, ut & re  
ipsa carnis suæ imbecillitatem intelli-  
gant, & excitentur ad uehementiore  
& acriorem inuocationem Dei. Quis  
sanctior, quis fortior, quis potentior  
filio Dei. Et tamen, cùm adeunda ei  
mors esset, tanto metu corripitur, ut  
totus contremiscat, & sanguineum su-  
dorem sudet. Quid ergo dicemus?  
An nesciuit se hac morte redempturū  
humanum genus, & intraturum in  
gloriam patris sui? Non certè nesci-  
uit. Quid ergo metuit? Metuit, ut &  
se uerum esse hominem testificaretur,  
& hoc metu peccata nostra expiaret,  
& reportaret uictoriā super metum  
mortis, ut si quando nos eo corriperes-  
mur, non despondeamus animum,  
sed bene speremus, & inuocemus Do-  
minum. Non enim abiicit nos propter  
nostram imbecillitatem, sed poti-  
us eo maiore: n de nobis curam susci-  
pit, quo uidet nos imbecilliores & me-  
ticulosiores.

Psal. 55.

An non David fuit heros potentissimus, & Propheta sanctissimus? Et tamen cum cogitaret de insidijs, & saevicia aduersariorum suorum, Timor, inquit, & tremor uenerunt super me, & formido mortis cecidit super me. Ex quo tam meticulosus factus est, ut dicat: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, ut auolem, & requiescam alii cubi in solitudine, &c. Quid ergo factum est tanto heroi, quod ad mortem tam pueriliter trepidet? Hic metus per se non est impietas, sed est pars supplicij impietatis. Si enim homo non peccasset, non fuisset factus obnoxius metui mortis. Relinquitur ergo haec pars supplicij etiam in Sanctissimis, primis, ut agnoscant suam naturalē impietatem, qua essent æternam poenā meritii, nisi Deus eam propter Christum condonasset. Deinde, ut excitemur ad ardentiorem fidem & invocationē. Sic & Ionas, et si fuit tantus Propheta, ut predicatione sua restituerit collapsum

sum regnum Israelis, quemadmodū  
scriptū est 4. Reg. 14. Tamē nunc tan-  
to metu mortis comprehēditur, ut ui-  
deatur in adeunda morte imbecillior  
& effocminatior quis gregario & uil-  
gari milite. Sed Deus uoluit eum hoc  
metu exercere, ut & sibi ipsi notus sie-  
ret, & ad vehementiorem precationē  
accenderetur. Quare ne metuamus  
salutē nostrā in metu mortis, sed poti-  
us confidamus, respicientes in Chri-  
stum filium Dei, qui suscepto metu  
mortis, liberauit nos ab huius metus  
maledictione, ut etiam si eo compre-  
hendāmur, non tamen pereamus, sed  
seruemur propter Christum.

Tertio, Ionas non tantum corripit  
tut grauissimo metu mortis, sed eti-  
am desperat de uita sua corporali: Ab  
iectus sum, inquit, à facie oculorum  
tuorum, hoc est, non respicis amplius  
me, ut cōserues me in hac uita. Nec  
uidebo amplius Templum sanctum  
tuum, hoc est, Necessē habeo in hoc

ceto mori, ut non redeam amplius ad  
cœtū Ecclesiæ tuæ, in templo tuo, &c.

Quid ergo est, quod Propheta de  
uita sua desperat? Vbi est fides eius? Pote  
st ne credere, qd Deus sit ipsum seruaturus cœlesti uita, & non potest credere, quod sit etiam ipsum seruatus uita terrena? An nō Deus potest excitare mortuos ad uitā? quomodo igitur non posset uiuentes abhuc seruare in uita? Nonne seruauit Israelitas in medio maris rubri? Quomodo ergo non seruare posset Ionam in me  
dio uentre ceti? Hæc & id genus alia possent Prophetę de corporali sua uita in ceto desperantí obijci. Sed Propheta hac desperatione nihil impia  
incredulitatis designat. Sicut nec Paulus, cùm 2. Corinth. 1 dicit: Quin ipsi in nobis ipsis sententiam mortis acceperamus &c. Duplex enim est salus seu liberatio è morte. Alia est corporalis. Alia spiritualis & cœlestis. Ac omnis quidem, qui credit in Christū, habet

habet certissimam promissionem spi-  
ritualis & cœlestis salutis, ac liberatio-  
nis ē morte. Christus enim uicit mor-  
tem , & dicit: Omnis qui credit in me,  
non morietur inæternum. Quare de  
hac liberatione & salute nunquam du-  
bitandum, aut desperandum est. Qui  
enim de ea desperat, hic perit inæter-  
num . Alia est Corporalis, quæ etsi ali  
quoties promittitur diuinatus, & præ-  
statur etiam multis , tamen non ha-  
bet generalem promissionem Dei, q  
omnis qui credit in Christum, libereſ  
semper à periculis mortis corporali-  
ter. Quare cùm hæc externa & cor-  
poralis liberatio non habeat certam  
promissionem, non potest etiam cer-  
tò sperari, sed reñcienda est uoluntas  
nostra in uoluntatem Dei. Vnde &  
Ionas noster, non desperat de uera  
eterna salute & liberatione, quia habe-  
bat certissimam promissionem in Se-  
mine Mulieris, & in semine Abrahæ,  
qui est Christus.

F s De

De corporali autem salute & evasione cùm non habeat certam & expressam promissionem, non potest etiam certam fiduciam concipere, sed inuocat Deum, & reponit liberationem illam in ipsius arbitriū. Sic enim Christus docuit nos sua oratione, ut externis periculis comprehensi, è quorum externalib[us] liberatione non habemus certam promissionem, deprecemur quidem Deum, ut nos etiam corporaliter seruet, rei[us]ciamus autem uoluntatem nostram in Dei uoluntatē. Transeat ( inquit) hic calix à me. Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Hoc si ex animo fecerimus, tunc cōtingit quidem aliquoties insperata liberatio, sicut contigit Ione, tribus adolescentibus in igne Babylonico, Davidi & multis alijs, Attamen, si ea non contigerit, certissima est cœlestis & æterna liberatio, qua, qui credit in Christum, & inuocat Patrem in nomine eius, nunquam destituitur.

Sequi

Sequitur nunc in reliquis uersiculis, quid Propheta in tanto metu mortis & desperatione uitæ fecerit, quo consecutus est liberationem.

Subleuabis de corruptione uitam meam Domine Deus meus. Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, ut ueniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. Qui custodiuit uanitates frustra, misericordiam suam derelinquent. Ego autem in uoce laudis immolabo tibi: Quæcunque uouiri reddam pro salute mea Domino. Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionom in aridam.

Commemorauit Propheta angustias & afflictiones suas, imo ignes inferni, quos sustinuit in uentre ceti. Nunc sequitur

sequitur altera pars huius cantici, in qua commemorat Propheta, quid fecerit, ut consequeretur a tantis angustijs, & ab igni inferni liberationem. Etsi, inquit, descenderam ad fissuras moncium, & uectes terrae me conluserunt, tu tamen o Domine Deus meus reduxisti ab interitu uitam meam. Sed nūquid liberasti me sine me, hoc est, me nihil agente, aut potius desperante? Nihil certe minus, Nō fui occisus in uentre ceti, sed cum angustia reū in meanima mea, Recordat⁹ sum Domini, ut oratio mea ueniret ad teplum sanctum tuum.

Habes Prophetam in extrema sua necessitate, non alio respexit & prosperasse, quam ad uerum Dominum Deum nostrum precatione sua. Hic ergo obseruandum est summum præconium Orationis seu precationis, ut excitemur in angustijs ad inuocationē Domini. Alij hoies aduersis comprehensi, properant ad impatientiā, ad uitium

ad uirulentiam, ad execrationes, ad blasphemias. Hac autem uia nō continuit liberatio, sed potius augetur afflictio. Nam si cupis in aduersis seruari & liberari, properandū est ad inuocationem Domini, ad precationem. Inuocatio enim, ea uia est, qua nobis uera salus contingit. OMNIS, inquit Ioel, qui INuocauerit nomen Domini, saluus erit. Quod dictum, semel à Ador. 2.  
Ioele commemoratum, repetitur à Pe Roman. 10.  
tro & Paulo. Quare obseruatione dignissimum sit, necesse est. At enim nihil faciliter uidetur, quam inuocare Deum. Quid enim facilius, quid leuioris operæ, quam dicere: Pater noster qui es in cœlis? Etiam pueri ac penè infantes possunt hęc uerba recitare. Sed alia est paedagogica & puerilis inuocatio Dei, alia uera & seria inuocatio. Paedagogica, necessaria quidē est, sed per se nondum est uera Dei inuocatio. Illa est facillima, hęc autem longe omnium difficillima est. Dixit quondam

dam ex Eremitis quispiam. Nihil esse  
difficilius, quam Orare, hoc est, Deū  
inuocare. Facile quidem est uerba in-  
uocationis recitare. Sed Deum uerè  
inuocare, hoc opus, hic labor. Nemo  
enī potest Deum uerè inuocare, nisi  
primum omnium sit in gratia Dei, &  
cum Deo reconciliatus. Quomodo  
enī inuocares eum quē scires te odif-  
fē, & hostem ac inimicum tuum esse?  
Non potes autem esse in gratia Dei,  
& cum Deo reconciliari, nisi agas ue-  
ram pœnitentiam. In agenda autem  
uera pœnitentia, primum agnoscen-  
da sunt peccata & detestanda, ac fugi-  
enda. Deinde credendū est, quod pec-  
cata sunt expiata & cōdonēta per Chri-  
stum, ex qua fide sequitur obedientia  
erga Deum, in omni genere officio-  
rum. Hic nunc considera mihi, q̄  
difficile sit Deum in aduersis uerè in-  
uocare. Nemo enim uerè eum inuo-  
cat, nisi agat ueram pœnitentiam,  
Hoc est, detestetur & fugiat pecca-  
ta, &

ta, & credat se remissionem peccatorū  
in Christo habere, ac tradat se totum  
in obsequium Dei. Quid autem dif-  
ficilius uidetur hominibus, quam pec-  
cata odisse, & fugere, ac sectari uera  
opera iusticiæ? Nemo igitur existi-  
met se uocari ad facile ac leue opus,  
cum uocatur ad Inuocationem Dei &  
ad precationem. Haec recitantur no-  
bis, non ut deterreamur ab inuocatio-  
ne, sed ut excitemur ad uerum studiū  
inuocationis. Exemplo est nobis hic  
Propheta noster. Coniectus enim est  
in mare propter peccatum suū, quod  
fugerat à facie Domini, nec obedierat  
uocatiōi eius. Videl ergo in uentre ce-  
ti iram Dei propter inobedientiam su-  
am. Quid igitur facit? Suscipit claman-  
dum ad Dominum, & inuocandum  
Deum. At Deus est iratus. Neceſſe ei-  
go habet Propheta primum omniū a-  
gnoscere peccatum suum, & Deo tri-  
buere gloriā iusticiæ, uidelicet, quod  
Deus iustissimè puniat ipsum tanti s-  
anguis.

angustijs, nec iniquè faceret, etiam si si  
neret eū perpetuò interire. Hæc Jonas  
debuit serio cogitare, & uerè ita sen-  
tire. Deinde necesse habet attollere o-  
culos in clementiam Dei gratuitam,  
& credere quòd habeat benedictionē,  
hoc est, remissionem peccatorum,  
per semē Abrahæ promissum, qui est  
Christus. Necesse item habet, se leta-  
dere in obsequiū Dei, quòd deinceps  
uelit uocationi Dei seruire, & non am-  
plius fugere, sicut prius fecerat. Hæc  
cùm faceret, potuit alacri fronte Deū  
respicere, & nomen eius inuocare, ac  
liberationem ēuentre ceti consequi.

Sed multi, inquies, inuocant Deū,  
tamen non liberantur ex suis cor-  
poralibus angustijs. An non Christus  
sime inuocauit Deum Patrem, ut tran-  
aret à se calix passionis, Et tamē Chri-  
stus non fuit ab externa cruce libera-  
russ Stephanus inuocauit quidem Ies-  
sum Christum, attamen lapidatus est.  
Sic ergo de Inuocatione sentiendum  
est,

est, quod etsi non semper contingit  
externa salus, semper tamen contingit  
uerē Deum inuocanti eterna & cœ  
lestis Salus. Nam quod Deus ad inuo  
cationem piorum liberat eos aliquoti  
es ab externa cruce, sicut Dauidem, Io  
nam & multos alios, idcirco facit, non  
quod semper omnes corporaliter libe  
rare uelit, sed ut his exemplis & mira  
culis testificetur, inuocantes nomen ei  
us semper consequi ueram, perpetuā,  
& cœlestem salutem. Sic Christus nō  
est liberatus ad inuocationem suam  
ab externa cruce, sed est liberatus à  
morte ipsa, ac consecutus est nomen  
super omne nomen. Sic Stephanus  
non est liberatus à lapidibus, sed est li  
beratus à morte & inferno, & cùm ui  
disset Iesum à dextris Dei, receptus est  
ab ipso in consortium regni eius.

Sed quid Ionas uicissim uult præ  
stare Deo, protam admirando benefi  
cio liberationis? Sequit̄ gratiarū actio  
nē. Qui custodiūt uanitates frustra &c.

G

Facit

Facit antithesin inter gratitudinem p*ri*orū & impiorū. Imp*i*j, cūm accipiunt beneficia diuina, referunt ea accepta suis idolis suis hypocriticis sacrī & culribus. Ethnicus a febri liberatus, properat ad cultum Iouis sui, & cogitat se propter eum cultum consequi rerum suarum prosperitatem. Hypocrita liberatus à dolore dentium, properat ad cultum Apolloniæ, & ueneratur eam quibus potest officijs: putat enim se hoc beneficium merito Apolloniæ consecutum. Monachus liberatus è periculis aquarum, properat ad cultum Missæ, uel Francisci sui, quia cogitat se horum merito seruatum in aquis, ut non perierit. Sed quid dicit Propheta? Qui obseruant uanitates frustra, hoc est, qui sectantur uana idola, & uana seu hypocritica sacra, in redenda Deo gratiarum actione hiderē linquunt suam misericordiā, hoc est, deserunt uerum Deum, qui contulit in ipsos suam misericordiā, & faciunt se indi

Se indignos misericordia Dei. Ego autem, inquit, immolabo tibi in uoce laudis, & quæ uoui, persoluam. Ipsa enim Salus, Domini est. Hoc est, ego in præstanta gratitudine, non faciam quod impij & hypocritæ facere solent, qui colunt Deum idolis, aut sacris ficticijs, Sed immolabo TIBI, uero uidelicet Deo, & Seruatori meo, Vocelaudis. Celebrabo nomen tuum perpetuò. Illustrabo gloriam nominis tui apud omnes homines, Prædicabo clementiam tuam, quoad uixerim. Et quæ uoui, reddam, hoc est, ea faciam quæ debeo facere. Non excogitabo ficticia sacra, sicut hypocritæ, sed faciam ea officia, q[uod] Deus à me exigit, sequar uocationem eius. Si iterum misericordia ad Niniuen, non detrectabo, sed obsequar libentissime. Hoc exemplum Prophetæ idcirco nobis commemoratur, ut & nos discamus Deo ueras agere gratias pro acceptis suis beneficijs. Non agimus uere gratias Deo, si

G 2 suscipi

fuscipiamus faciendas Missas, aut alia  
ficticia sacra, sed si fuscipiamns præ-  
stādam ueram obedientiam in ihs, quæ  
ipse mandauit, & ad quæ nos uocauit.

## CAPVT TERTIVM.

**E**t factum est uerbum Domini ad Ionam secundo, dicens: Surge & uade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta uerbum Domini. Et Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierū. Et cœpit Ionas introire ciuitatē itinere diei unius.



Vasit tandem Ionas ē uentre ceti, hoc est, ex ipsa morte & inferno. Postquam eum Ionas egit pœnitentis

nitentiam, & inuocauit Dominum uera fide, necesse habuit certus eū enomere uiuum, & dimittere libertū. Nā reconciliatio nobis Deo, necesse habet omnes creaturæ nobis ad salutem auxilium conferre, & quæ antea nobis erant exitio, nunc nobis sunt saluti.

Consequenter ergo describitur ministerium, ad quod Ionas post liberationem, diuinitus uocatus fuit. Mittitur enim à Deo, sicut antea quoq; iussus erat, ad Niniuen, ut ibi prædicet urbis eius interitum. Surge, inquiens, & uade in Niniuē ciuitatem magnā, &c. De magnitudine urbis Niniue præ dictum est.

Quæ autem hoc loco obseruanda ueniunt, hęc ferè sunt.

Primum, Ionas post liberationem, non collocatur à Deo in molli puluſnari, sed mittitur ad prædicandum uerbum Dei, in Niniue, quæ erat functio & laboriosissima & periculosissima. Docemur ergo hīc, quo uocemur à

G 3 Deo

Deo, post acceptum beneficium, &  
quid nobis accepto beneficio facien-  
dum sit. Nos quidem natura sic cor-  
rupti sumus peccato, quod efficiamur  
post accepta Dei beneficia insolentio-  
res, peiores, & Deo inobedientiores.  
Hinc ortum est proverbiū german-  
icum: Da der frant̄ genaß/ se böser er-  
nie wag. Et qui ē summa paupertate  
emergunt ad diuitias, & ē sordibus ad  
nobilitatem, solent multò insolentio-  
res fieri. Iuxta illud proverbiū. Bein  
scharſchach so sharpff schirt/ Als wann ein  
hawr des andern herr wird. Exemplū aut̄  
Ione hoc loco docet nos ueram obe-  
diētiam, & pietatem. Postq̄ em liber-  
ti sumus ē magnis periculis, tum non  
est ociandū, nec est deflectendū ad con-  
temptū Dei, sed est uocationi Dei obe-  
diendū, & gratitudo pro acceptis bene-  
ficijs per obedientiā testificanda. Ioan-  
g. dicit Christus ad eū, qui sanitati resti-  
tur⁹ erat Ecce sanus factus es, iam no-  
li amplius peccare, ne aliquid deteri⁹  
tibi contingat.

Sic

Sic & Jonas sibi dici cogitat: Ecce  
liberatus es è mediā morte & infer-  
no. Noli igitur amplius esse inobedi-  
ens, sed obsequere Dei uocationi, ne  
aliquid peius tibi cōtingat. Sic & nos  
cogitare debemus, postquam è peris-  
culis uel paupertatis, uel infirmitatis,  
uel mortis liberati sumus: Ecce conti-  
gat tibi maximum Dei beneficiū. No-  
n ligatur esse ingratus, sed declara grati-  
tudinem tuam erga Deum quocunq;  
genere officiorum potes. Deus enim  
largitur sua beneficia, non ut siamus  
peiores, sed ut siamus meliores. Quod  
si abutimur beneficijs Dei ad maliciā,  
uidelicet, diuitijs ad luxum, uino ad  
ebrietatem, sanitatem, ad uitæ inhone-  
statem, nihil aliud reliquum est, q̄  
ut non solum præsentibus beneficijs  
priuemur, uerum etiam ēterno suppli-  
cio pereamus. Quare cogitemus post  
accepta beneficia nos uocari ad grati-  
tudinem & obedientiam, qua efficie-  
tur, ut Deus subinde maiora beneficia

Deinde consideranda est in exemplo Iong, summa eius obedientia. Dicit enim Scriptura: Surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta uerbum Domini. Ante surrexit Ionas, ut fugeret a facie Domini. Nunc autem surgit, non ut fugeret, sed sequeretur uocationem Domini. Quid factum est, quod Ionas sit uocationi Dei tam prompte obsequens? Quid factum sit, iam antea copiosè dictum est. Intrauit mare. Abiectus est Ionas in mare, & deuoratus a ceto, in quo singulis momentis necesse habuit expectare præsentissimam mortem. Consecutus autem liberacionem è tantis & tam horrendis paurobus, factus est obediens. Vides ergo, quæ sit præcipua causa, cur Deus immittat nobis cruces, & uarias afflictiones. Ionas non uoluit obedire simplici uerbo Domini, cōsūcitur ergo in mare, ut cum noluerit uerbo & in prosperis obedientiam discere, discat eam cruce,  
& ad/

& aduersis. Idem nobiscum accidere solet. Deus nos peccatores & inobedientes uocat primum omnium ad obedientiam V E R B O , seu Prædicatio ne uerbi sui, in rebus prosperis. Sed cum fugimus obedientiam, tunc conicit nos in mare uariarum afflictionum, ut quod noluimus discere in rebus prosperis, discamus in aduersis. 2. Paralip. 36. Mittebat Dominus Deus patrum ad ciues Hierosolymitanos, ut desererent idolatriam, sed cum nolent obedire uerbo, in libertate, coacti sunt obedientiam discere facto, in captiuitate. Quare cum affulgent prospecta, & uocamur ad resipäsentiam, non contemnamus uocem Domini, sed obediamus ei in tempore, ne una cū impijs affligamur & pereamus.

Et clamauit & dixit. Adhuc quæ draginra dies, & Niniue subueretur.

Hæc est concio, quā Ionas habuit.

G. 5 in

in Niniue, breuis quidem illa, si uerba numeres, sed longissima, si sententia consideraueris. Principio, expendamus locum ciuitatis, in quo Ionas coepit concionari. Cum introisset, (inquit) ciuitatem itinere unius diei. Ergo peruenit Ionas ferè ad medium ciuitatis. Itaque concionatus est nō in introitu, non in exitu, sed in medio penè ciuitatis, ut fama concionis posset ad omnes ciues & incolas peruenire. Verbum enim Domini non paucis tantum hominibus, non in obscuro loco, sed omnibus palam est adnunciandum, ut nullus hominum habeat excusationem. Hinc est quod semper ab initio orbis terræ uerbum Domini adnuntiatum est in præcipuis Monarchijs huius mundi. Sicut enim Ionas nō potuit peruagari singulas domos ciuitatis Niniue, sed constituit in illustri loco ciuitatis, ut fama perueniret ad omnes, ita uerbum Dei non solet circumferri ad singulos angulos cuiuscum regionis

onis, sed reuelat̄ in præcipuis regnis,  
ut ex ihs possit fama uocis eius spargi  
in uniuersum orbem, ne quis excusa-  
tionem habeat. Sic prædicatum est  
uerbum Domini tempore Abrahæ,  
in Canaā & Aegypto, quæ erāt illis lo-  
cis & temporibus præcipua regna. Sic  
in Monarchia Babylonica, & Persica  
per Danielē. Sic in Romana per Apo-  
stolos. Quare qui latitant in syluis &  
montibus non habent excusationem,  
quod nō mittātur ad ipsos peculiares  
Prophetæ & Apostoli, sed satis est,  
quod uerbū Dei adnunciat̄ publicè in  
illustribus locis, unde fama propaga-  
tur ad omnem vicinitatem. Hæc non  
idcirco recitantur, quod Parochiæ in  
pagis & uillis debeant aut negligi aut  
abrogari. Maiores enim nostri consti-  
tuerunt magno sumptu Parochias, &  
incolæ pagorum ac uillarum nume-  
rant suas decimas ac census, ut ordinē-  
tur eis pastores. Quare qui non curāt  
**ut habeant pastores, qui adnunciant**  
**uerbum**

uerbū Domini, ac interim fruuntur decimis & censibus eorum, hi publici sunt prēdones, & Ecclesiæ uastatores. Sed illa recitatūr, ut sciamus, quod nullus hominū in uniuersa terra, ubi cunque habitauerit, excusationē sue impietatis aut ignorantiae habeat, ppter tereā quod etsi uerbum Domini non adnunciatur in singulis montibus & sylvis, tamen adnunciatur in præcipuis locis terræ. Cùm igitur non piget homines merces querere etiam à Germania usque in Indiam, non pigeat etiā m ipsos querere auditum uerbi Dei in locis quamvis longinquis.

Deinde expendamus etiam modū, quo cōcionatus est Ionas. Dicit enim Scriptura: CLAMA VIT. Non est intelligendum, quod uociferatus sit more hominum insanorum, aut ebrios, sed quod locutus sit aperte, clare, & perspicue, nec mussitauerit obscure sicut oracula Gentium. Apud Delphos edebantur oracula, sed adeo obscura,

&amp;

& ambigua, ut ea nemo posset intelligere. Cum autem Dominus reuelat oraculum, tunc loquitur aperte, perspicue, & diserte, ut omnes intelligere possint, quæ adnunciantur. Quare Ionas dicitur clamare, non munitare, ut admoneamus fugiendam esse obscuram doctrinam, quæ non aperte tradat nobis viam ueritatis, qualis est doctrina Sophistarum, & aliorum, qui data opera obscurè loquuntur de religione. Tales etiam sunt cultus papistici carum ceremoniarum, quia peragi solent lingua uulgo ignota. Quare etsi multum uociferantur in templis suis, tamen coram Ecclesia non est nisi obscura munitatio. Et Paulus i. Corint. 14, docet ex Esaia quod supplicium in fidelitatis & argumentum exceptionis sit, si in Ecclesia fiat sermo aliena lingua, quæ ab Ecclesia non intelligitur. Loquar (inquit) populo huic alijs linguis. Et Esaï, capite 6. Audite auditores, & nolite inreelligere, (hoc est) impij

Impij audiuit, sed non intelligunt, quia fit  
eis sermo aliena lingua, aut occupati  
sua cecitate, non animaduertunt quid  
dicatur. Curemus igitur, ut & in Ec-  
clesia omnia peragant aperte & cla-  
re, & nos non oscitanter, sed diligen-  
ter ea obseruemus.

Audiamus autem nunc concionem  
ipsam Prophetę. Adhuc quadraginta  
dies, inquit, & Niniue subuertetur.  
Parua concio, sed quam habet Ionas  
in Niniue, periculo uitae & famae suae.  
Aut enim potuissent in eum Rex  
Niniuitarum, & ciues eius crudeliter  
grassari propter hanc concionem, &  
accusare eum sedicionis, quod conspi-  
rasset clam cum grassatorib⁹, qui uel  
incendio, uel nocturno tumultu mes-  
ditarentur exitium urbis, aut si credi-  
dissent esse uerbum Dei, & postea non  
impleretur, tunc accusarent Propheta-  
tam uanitatis & mendacij. Nihilomis  
nus tamen Propheta contemptis his  
periculis obsequitur uocationi Dei, &  
adnun-

adnunciat Niniuitis, quod ipsi diuinis  
tus demandatū erat. Quo exemplo  
admonemur, ut in sectanda uocatio  
ne Dei, magis habeamus rationem  
iræ Dei erga inobedientiam, quam  
periculorum, quæ nobis ex obedien  
tia accidere possent. Nam si Deus ira  
citur nobis propter inobedientiā, tūc  
certa sunt pericula, in quibus, nisi resi  
piscamus, pérpetuò nobis pereundū  
est. Sicut supra, cùm Ionas esset ino  
bediens, obiectus fuit certo periculo,  
in quo etiam perīsse, nisi ex resipiscē  
tia clementer esset seruatus. Si autem  
præstamus uocationi Dei obsequiū,  
tunc etiamsi uidentur nobis impende  
re grauissima pericula, tamen aut non  
contingēt, aut si cōtigerint, Deus nos  
in ipsis mirabiliter seruat. Exemplo  
sunt Ioseph in Aegypto, Israelitæ in  
deserto, Tres iuuenes apud Danielē,  
qui in lacum leonum conqiebantur,  
& innumera alia.

Sed quid dicemus, quod etsi hæc  
concio

concio aperte dicit: Niniuen post quadraginta dies subuertendam, & tamē nō subuertit: Nūquid ergo Propheta mendax est: Certe hæc precipua causa fuit, cur suprà Propheta fugerit, & non uoluerit Niniuitis uastationem adnunciare. Cogitabat enim, quod si poenitentiam agerent, ciuitas mansura sit in columis, ipse autem habeatur uanus & mendax. Et tamen exercitus cruce obsequitur nunc uocationi Dei. Ac publicè affirmat ciuitatē post quadraginta dies subuertendā. Quomodo ergo hæc Prophecia intelligentia est, ne possit mendacij acculari: Alij hunc nodum ita dissoluunt, ut affirmant duplē esse propheciā, uidelicet, Prædestinationis, & Cōmissionis. Prophecia prædestinationis est, quæ nullo modo retractari potest, qualis est prophecia de uenturo Melsia, & de diuulgando Euangeliō in orbem terrarū. Hæc est prophecia prædestinationis, hoc est, sine uilla conditione

tione certissima, quæ non potuit ullius hominis uel potentia uel prudētia uel improbitate impediri. Prophecia comminationis est, quæ comminatur tantum mala uentura, sed quæ possint non euenire, propter auditorum pœnitētiā, qualis est hæc prophecia de uastatione Niniuitarum. Atq; hæc quidem de prophecia comminationis rectē dicuntur, si etiam rectē intellegantur. Quod ut fiat, sciamus discri men inter legem & Euangelium, ut etiam cognoscamus quis sit uerus sensus propheciarum & minarum, quæ ad legem pertinent. Nam lex Dei manifestē exigit perfectam impletionē mandatorum Dei, & absolutam iusticiam. Et si quis non perfectē impleuerit mandata Dei, nec fecerit absolutā iusticiam, tunc lex maledicit eum, & pronunciat eum reum tā corporalis quam æternæ damnationis. Eodem etiam modo propheciæ legis exigunt iusticiam, quam nisi quis præstiterit,

minantur ei tā corporales quam sp̄i  
rituales afflictiones. Sed Euangelium  
de Christo interpretatur has minas &  
maledictiones, uidelicet, quod proce-  
dant quidem propheciæ & minæ le-  
gis in impoenitētibus. Sed quia Chri-  
stus expiauit peccatum, & reconcilia-  
uit nos cum Deo Patre, idcirco qui re-  
spicit, & conuertitur per fidē ad Chri-  
stum, non est amplius obnoxius ma-  
ledictionibus & minis legis.

Quare & hæc prophecia Ione, cūm  
dicit: Adhuc quadraginta dies & Ni-  
niue subuertetur, intelligenda est cō  
hac conditione, uidelicet, si non resipu-  
eritis, si non pœnitentiam egeritis.  
Nam quod tales propheciæ seu minæ  
ad hunc modum intelligendæ sint, do-  
cet aliâs Scriptura manifestissimè.

Hiere. 48. Si Gens illa pœnitentiā  
egerit à malo suo, agam & ego pœni-  
tentiam &c. Hic aperte docet Hiero-  
mias, quod prophecia de deuastatiōe  
intelligatur cūm hac conditione, si Iu-  
dæi

dæl non resipiscant. Nam si resipuis-  
sent ad cōciones propheticas, tūc Hie-  
rusalem non fuisset deuastata,

Ezech.33. Vrō ego, nolo mortem  
peccatoris, sed magis ut conuertatur  
& uiuat. Hic iterum perspicue signifi-  
cat Dominus, quomodo uelit intelli-  
gi suas prophecias, quibus minatur  
peccatoribus mortem. Dicit enim ali-  
quies ad Gentem, aut ad ciuitatem,  
aut ad priuatum hominem: Tu gra-  
uiissime peccasti aduersus me, hoc &  
illo & isto scelere. Quare necesse ha-  
bes mori non solum corporali, sed eti-  
am æterna morte. Hæc est uerissima  
& certissima prophecia, sed rectè intel-  
ligēda. Quomodo? Deus ipse in hoc  
Ezechiel, loco iurat per semetipsum,  
per uitam suam, quod hac prophecia,  
seu his minis non sentiat peccatorem  
simpliciter damnatum iri, sed quod co-  
gitet eum hoc modo ad poenitentiam  
uocare. Ac certissimum quidem sit,  
quod peccator perpetuò moriatur, si

*Explicatio Iohannis Brentij,*  
non resipuerit, sed si uerè resipuerit,  
tunc retractabitur etiam prophēcia.

**2. Timoth. 2.** Ad Timotheum scribit Paulus: Si nos negauerimus eum, fidelis manet,  
seipsum negare non potest. Et ad Ro.

**Rom. 11.** Dona & uocatio Dei sunt sine pœnitentia, hoc est, non pœnitent Deum sua  
rum promissionum. Hæc omnia do-  
cent, quod promissiones Euangeliū de  
redemptione ab æterna morte sunt  
certissimæ, & irretractabiles. Prophe-  
ciæ autem & minæ legis sunt retracta-  
biles, non quidem in impenitentib⁹,  
in quibus sunt firmissimæ, sed in pœnitentib⁹,  
& conuertentib⁹ se ad Chri-  
stum per fidem, qui seipsum negare  
nō potest credentib⁹ in ipsum. Quare  
cūm obijciuntur nobis in conscientia  
coram Deo peccata nostra, & damna-  
mur æterna morte, conuertamur ad  
Euangelium, ad Christum, qui cūm  
factus sit pro nobis maledictio, impe-  
travit nobis benedictionem.

Et crediderunt uiri Niniuitæ in  
Domini

Dominum, & prædicauerunt ie-  
junium, & uestiti sunt saccis à ma-  
iore usque ad minorem.

Hic est memorabilis locus de pœ-  
nitentia Niniuitarum, qui est notus  
non tantum pijs doctoribus, uerum,  
etiam Hypocritis, Sacrificulis, & Mo-  
nachis. Hi enim, quoties dicendum  
est de Pœnitentia, producere solent ex  
emplum Niniuitarum, & hortari Ec-  
clesiam suā, ut horū exemplo pœni-  
tentiam agant. Excerptum autem ex  
hoc loco ea tantum, quē magis ad sta-  
biliendam hypocrisim, quam ad exci-  
tandam ueritatem pœnitentiæ faciūt.  
Quod enim Scriptura dicit, (CRE-  
DIDERUNT IN Domīnum)  
hoc hypocritæ egregiè dissimulant, &  
fortiter transiliunt, excerptum autem  
tantum iejunij & saccos, ac existimāt  
se ueram pœnitentiam docere, cùm  
urgent Ecclesiam, ut suscipiant ieju-  
nia aliquot dierum, & incedant laneis

tantum uestibus induit. Sentiūt enim  
esu panis tantum, & potu aqua, ac uesti-  
tū laneorum peccata expiari coram  
Deo, & hæc esse merita, propter quæ  
Deus remittat culpam, & poenam pec-  
cati. Interea autem, de uera peccatorū  
agnitione, de uera fide in Christum,  
propter quem solum Deus est nobis  
propicius, & de ueris fructibus agniti-  
onis peccatorum, & fidei in Christū,  
altissimum est apud eos silentium.  
Sed hic locus continet perspicuam do-  
ctrinam de uera poenitentia. Quare si  
nemus ualere Monachorum somnia,  
& discemus ex hoc loco ueram agere  
poenitentiam, quam Deus respiciat,  
& quæ nos in summis periculis con-  
seruet.

Ac initio, priusquam ad explicatio-  
nem poenitentiae accedamus, sciendū  
est ueram poenitentiam in Ecclesianē  
quaquam esse inanem, sed omnino  
efficacē corā Deo, & impetrare uerā  
ac aternam salutem. Fuerunt quon-  
dam

dam hęretici quos uocarunt Nouatianos, qui post baptismum, ac semel acceptam remissionem peccatorum, nō reliquerunt peccatori locum pœnitentię. Sed horū error manifeste refutatur multis perspicuis testimonij Scripturæ. Hiere, 3. Vulgo dicitur: Si dimiserit uir uxorem suā &c. Et mox: Tu autem fornicata es cum amatori, bus multis. Tamen REVERTE-RE AD ME dicit Dominus. Et capite 18. Si Gens illa pœnitentiam egerit, agam & ego pœnitentiam &c. Unde docent parabolæ, quæ extant Luce. 15. de oue perdita, de drachma amissa, & de adolescēte helluone &c. Quare sentiamus ueram pœnitentiā esse Deo acceptissimā & afferre salutē, aliquoties quidem etiam corporalē, sicut testatur exemplum Niniuitarū, semper autem cœlestem & æternam.

Videamus igitur nunc, quid faciendum sit, ut postquam peccauimus, & meriti sumus propter peccatum,

H 4 grauiſ

grauissima supplicia, corporalia uidelicet, & æterna, sicut Niniuitæ meriti erant, agamus ueram pœnitentiam, & impetremus non tantum remissio nem peccati, uerum etiam relaxationem supplicij. Non est autem necessariū, ut diu multumq[ue] circumspiciamus, cùm præsens locus, breuiter quidem, attamen piè & rectè, tradat nobis ueram agendæ pœnitentiæ rationem. Dicit enim Scriptura: Viri Niniuitæ CREDIDERUNT IN Dominum. Hæc est uerissima & certissima ratio agendæ pœnitentiæ, uidelicet, CREDERE IN Dominum. Quod cùm dicitur: Epicurei, & contemptores uerae pietatis uix tenere possunt risum, existimantes nihil facilius, nihil leuius esse factū, quam credere in Dominum. Sed tu noli errare. Cùm enim exigitur à nobis FIDES in Dominum, sciamus exigi à nobis opus non minus graue, cœlestē & diuinum, quam fuit creatio cœli & terræ. Si quis ad te dicca

diceret: Crea cœlū & terrā, existimares exigi à te uiribus tuis impossibilia. At cùm dicitur: CREDE IN Dominum, non minus certè impossibile quām illud, à te exigitur. Impossibile dico carni, & ex carnalibus uiribus. Non autem impossibile spiritui, & ex uirtute spirituali. Quod ut expliceamus aliquo modo, sumamus exēplū Niniuitarum. Nam quòd dicitur eos credidisse in Dominum, significat eos Credidisse concioni, quam Jonas eis mandato Domini adnūciauit, & Credidisse eam uerè esse uocem cœlestem ac diuinam. Sed quām difficile fuerit hoc credere, multa indicant. Primum enim, si personam Ionę respicias, etsi inter Israelitas fuit habitus magnus Propheta. 4. Reg. 14. tamen non fuit tantæ autoritatis inter Niniutas gentes incircumcisæ. Mirum igitur est, quòd non dixerint: Quid ad nos Iudeus ille adueniens? Quid fugitiuus ille? Num Deus magis cum ipso collo

H s cutus

cetus esset, quām cum nostris pontificibus & sacerdotibus: Num si Deus uellet euertere urbem nostram, non magis hoc reuelasset uel regi nostro, uel alicui ex præcipuis ciuibus, quām huic fugitiuo Iudæo: Sed nec ciues, nec rex, nec principes Niniuitarū obsecrunt talia Iong, sed simpliciter crediderunt uerbo eius tanquām uerbo Dei, Quare manifestum est, quod exacti sint ad credendum, non humani viribus, sed cœlesti virtute, adeoq; spiritu ipso Sancto. Deinde si respexerimus sententiam horum uerborum: **CREDIDERVNT In Dominū,** facile apparebit fidem non esse humum sed diuinum opus. Nam Credere in Dominum, tria complectitur. Primum enim est Credere legem Domini esse ueracē, cùm arguit nospectati, & damnat nos propter peccatum, ac pronunciat nos reos omnium tam corporalium quām æternorum suppliciorum. Hoc autem credere, non est

est opus carnis, sed opus spiritus. Inspiciamus igitur concionem Ioh. Adhuc ( inquit) quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Haec est concio Iesgis. Est enim sententia: Vos Niniuite estis homines sceleratissimi, & peccatores longè omniū nequissimi. Quare Deus in quadraginta diebus urbē uestram ita subuertet, ut pereatis tam corporali quam eterno supplicio. Talem concionem a quo animo ferre, & credere eam esse ueram, non est humanæ carnis, sed est opus Spiritus sancti. Homines enim suis virib⁹ relict⁹, non possunt ferre, ut reprehendantur, multo minus ut damnentur. Es will niemand gestrafft sein / Es will niemand unrecht haben. Quare si patienter ferunt reprehensionem, & agnoscunt peccatum, ac damnationem suam, manifestum est eos præditos esse uirtute Spiritus sancti.

Secundum, Credere in Dominū,  
est Credere promissionem Abrahæ,  
dictam

dicta de semine suo, de Christo, quod  
solus ipse sit benedictio, hoc est, remis-  
sio peccatorum, uita & salus nostra ae-  
terna, esse ueram, firmam, & certam.  
Hoc autem credere, non potest in ho-  
mine, nisi per Spiritum sanctum exci-  
rari. Non est opus carnis, aut humanæ  
prudentiæ, sed tantum diuini spiritus.  
Proponamus igitur nobis iterum co-  
cionem Ione. Adhuc (inquit) quadra-  
ginta dies, & Niniue subuertetur. Et si  
haec concio uidetur tantum esse legis  
concio, tamen qui legem Domini re-  
cte intelligit, is etiam intelligit hac co-  
cionem contineri quoque concionem  
Euangelij de Christo. Paulus enim de  
lege dicit: Lex est paedagogus ad Chri-  
stum. Ergo ubique lex damnat nos,  
tunc tacite remittit ad Christum, ut a  
damnatione liberemur. Item Paulus  
dicit: Conclusit scriptura (hoc est) Lex  
Domini, omnia sub peccatum, ut pro-  
missio ex fide Iesu Christi daretur cre-  
dientibus. (hoc est) Lex dicit nos in  
agnis

agnitionē peccati, non ut in peccato  
pereamus, sed ut ad Christum per fidē  
remittamur, & per Christum salutem  
cōsequamur. Et Ezechiel: Nolo mor  
tem peccatoris, sed magis ut conuerta  
tur & uiuat. Lex autem minatur pec  
catori mortem. Ergo non minatur ei  
ut pereat morte, sed ut excitetur ad cō  
uersionem ad Christum per fidem, &  
habeat uitam. Sic & hæc concio Ione  
includit in se Euangeliū de semine  
Abrahæ, de Christo. Non enim uult  
ut Niniuite pereant, sed ut conuertan  
tur ad semē Abrahæ, ad Christum per  
fidem, & habeant in ipso remissionē  
peccatorum & æternam uitam. Hoc  
certè credere, non est opus carnis, sed  
spiritus.

Tertium, Credere in Dominum,  
complectitur etiam in se, credere præ  
cepta Domini esse diuina, & necessari  
um esse exhibere eis obedientiam ex  
fide, ac facere ueros fructus poenitētiæ,  
hoc est, agnitionis peccati, & fidei in  
Christū

Christum. Exigit & illud uires Spiritus sancti. Non enim possumus uerē praeceptis Dei obedire, nisi Dominus Spiritu sancto suo nos excitauit. Quare, cūm Scriptura dicit: Niniuitas credidisse in Dominū, non significat eos leviter tantum de Deo cogitasse aut somnisasse, sed significat eos hæc tria præstitisse, uidelicet, quod crediderint se esse peccatores, aut uerē meritos non tantum subuersionem urbis, sed etiā æternam damnationē. Deinde, quod crediderint se ueniam peccatorum consequi tātum propter semen Abrahæ, propter Christum, cuius Propheta erat Ionas. Tertio quod receperint seu proposuerint sese deinceps, uitatis peccatis, obedientiā præstituros præceptis Dei &c. Hæc est uera poenitentia, quam Deus respicit, & quæ impetrat remissionē peccatorū & suppliciorum.

Quid ergo est, quod Niniuitæ induunt leium, & induunt Saccos?  
Hæc

Hæc non sunt uera opera poenitentia,  
sed sunt tantum externa signa poenitentia. Ieiuniū enim per se non expiat peccata, sed tantū eō ualeat, ut castigetur caro, ne lasciuiait, & ut sobrietate liqueat suum officium facere, ac concionem uerbi Dei audire. Itaq; cùm Niniuitæ indicunt ieiunium, exigitur uecuius sobrii ad concessionem ueniant, & suum quisque officium faciat. Quod autem induunt saccos, hoc est, uilia uestimenta, signum est publicæ tristitia, propter peccata, & admonitio ad ueram poenitentiam. Hęc enim præcepit quæritur, sicut paulò post audiūt in concione Regis

Et peruenit uerbū ad Regem Niniue. Et surrexit de solio suo, & abiecit uestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedet in cinere, & clamauit & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens:

dicens: Homines & iumenta, & boues, & pecora non gustet quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant, & operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur uir à uia sua mala, & ab iniuitate, quæ est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus?

Quocunq; nomine hic Rex uocetur, Scriptura enim non commemorat nomen eius, certè dignus est omni commendatione. Ornatus enim est non tantum regijs, sed etiam cœlestibus virtutibus.

Primo, cùm adnunciatum esset Re  
gi, de concione Ione, & de studio ciui  
um, non uociferatur in Prophetam,  
non accusat eum seditionis, & turba  
rum,

rum, sed adhibet etiam ipse fidem uero  
bo Prophetæ. Hieremias cap. 26; ex  
probrat ciuibus suis Hierosolymita-  
nis scelera & impietas, & addit: Nisi  
resipiscant, fore, ut templum Domini  
dintratur, sicut Silo, &c. Pontifices er-  
go & uulgus apprehenderunt eum,  
& uoluerunt eum, tanquam blasphe-  
mum & seditiosum occidere. Sic impi-  
us quispiam Tyrannus non conni-  
uisset Ione ad prædicationem de sub-  
uectione Ninives, sed rapuisset eum  
ad tormenta, si forte conscius esset cō-  
iurationis quorundam incendiario-  
rum, qui proposuissent ciuitatem im-  
posito clam igni perdere, aut noctu-  
hostes introducere. Sed pius Rex Ni-  
niutarū nihil tale suspicatur de Iona,  
sed excipit eum tanquam uerum Dei  
Prophetam, & agnoscit concionem  
eius pro cœlesti oraculo. Non est autem  
sentiendum, quod hic Rex tam sim-  
plex, incogitans, & uecors fuerit, ut te-  
merè crediderit uerbis huius Prophete.

I Etsi

Etsi enim in audiendis concionibus non quis dicat, sed quid dicatur, preci pue attendendum sit, tamen non est in rebus magnis & ad salutem nostrā pertinentibus, cuius ignoto, sine certis testimonijs noua prædicantī temere fides habenda, Omnia, inquit Paulus, probate, & quod bonum est tene te. Et Ioannes: Ne cuius spiritui credatis, sed probate spiritus, num ex Deo sint. Sic sentiendum etiam est de hoc pio Rege Niniuitarum, quod non considerit inconsideratē concionibus Iōnē, sed probauerit prius, quis sit, qui hæc concionetur, & quæ habeat testimonia suæ uocationis. Non enim fuit Iōnas, nec Reginēc ciuibus Niniuitis ignotus, sed sciebant eum esse uerum Prophetam Domini, quippe quod fama eius vulgata erat, etiam usque ad Niniuen, cum uaticinio eius restitutum esset regnum Israelis, per Ierobeam, sicut scriptum est 4. Reg . 14. Præterea Rex pius sciebat Deum non feri

ferre scelera impunita, & esse seuerissi-  
 mum exactorem pœnitentiæ. Cùm  
 igit̄ Iōnas habuerit certa testimonia,  
 quòd uerus esset Propheta Domini,  
 & Rex uiderit omnia in urbe Nīniue  
 corrupta esse prauis moribus, meritò  
 excepit concionem Iōnæ, tanq̄ diuinū  
 oraculum. Admonemur autem hoc  
 exemplo; ut non quidem mox arripia-  
 mus cuiusuis iactat̄is se pro Propheta,  
 uerbum, tanq̄ uerbum Dei, nec ag-  
 noscamus statim cuiusuis, gloriantis  
 se habere Sp̄ritum sanctum, uaticinij  
 um, aut aliam doctrinam. Hoc enim  
 magnæ leuitatis argumentum, crede-  
 re uidelicet cuilibet ardēioni. Sed  
 postq̄ cognouerimus, quòd uerbum  
 nobis propositum, & explicatum, sic  
 uerè uerbum Dei, tunc sine omni cū-  
 statione & tergiuersatione adhiben-  
 da est ei fides, ut & fidei finem, qui est  
 salus animarum, ut Petrus dicit, conse-  
 quamur.

Secundo, hic Rex, cùm audisset Ni-  
 niue

1 2 niuen

niuen propter peccata subuertēdam,  
non p̄fert se suis ciuibus, nō iudicat  
se omnibus alijs iustiorem, sed in agē-  
da p̄enitentia deponit regiam maie-  
statem, & assumit habitum lugentis,  
p̄enitentis, & agnoscentis sese pecca-  
torem. Deponit enim paludamentū  
suum, seu uestem regiam, & induit sac-  
cūm, ( Ein zwilhe Jup ) quæ uestis e-  
rat symbolū p̄enitentiae. Nec manet  
in throno suo sericis & acu pictis ac  
deauratis pannis ornato, sed sedet u-  
nācū alijs in puluere, hoc est, in locis  
sordidis & inornatis, ut testareſt se q̄q̄  
Iugere communem fortunā ciuitatis.  
Quo exēplo docemur, nōn quidem  
quōd Reges & príncipes in agēda p̄e-  
nitentia debeant abiūcere administra-  
tionem regni & principatus sui, & in-  
gredi in monasterium ac induere cu-  
cullam: Hac enim uocauerunt Mo-  
nachī príncipes p̄enitentiam acturos,  
ac multis quoque persuaserunt, ut ab-  
senta sua regia & príncipali uocatione  
susce-

suscepserint iugum Monasticum, ad  
expianda peccata sua. Hæc magna est  
impietas. Sed illud docentur Reges  
& Principes, ut in reuelatione iræ Dei  
aduersus peccata, non sentiant se pri-  
uilegio suæ maiestatis esse cōram Deo  
iustos, & illos tantum rusticos ac opis-  
fices esse iniquos nebulones: Sed sen-  
tiant se comprehendēti in communi ho-  
minum genere, de quo dicitur: Om-  
nis homo mēdax. Et: Omnes declina-  
uerunt. Et, Non iustificat in cōspectu  
tuo omnis uiuens. Quare cūm in Ec-  
clesia recitatur publica peccatorū con-  
fessio, & alio qui reprehenduntur pec-  
cata ex uerbo Domini, tunc etiam Re-  
ges necesse habent caput suum incli-  
nare & peccata sua confiteri, ac unā cō-  
alijs, etiam abiectissimis hominibus  
dicere: Pater noster qui es in cœlis &c.  
Remitte nobis debita nostra &c. Itaq;  
cū in administratione ciuili summasit  
personarū inæqualitas, in Ecclesia ta-  
me corā Deo omnes sumus æquales,

I 3 omnes

Explicatio Iohannis Brentij  
oēs peccatores, oēs egētes gloria Dei,  
omnes unum tantum seruatorem Ie-  
sum Christum habentes, cuius unus  
quisq; tantum particeps est, quantum  
fidei in eum habet, siue sit princeps, si-  
ue subditus. Omnes inquit Paulus, u-  
num sumus in Christo.

Tertiō, Rex non est confetus, quōd  
ipse agit pœnitentiam, & instituit ui-  
tam suam piē, uerum etiam suscipit cō-  
stituendam publicam in Ecclesia ordi-  
nationem, ut & alij pietatem colāt. Pri-  
mum enim, edicit publicum ieuniū,   
non tantum hominum, sed etiam iu-  
mentorum. Homines ( inquit ) & iu-  
menta, & boues & pecora non gustēt  
quicq;, nec pascantur, adeoq; ne aquā  
quidem bibant. Deinde mādat depo-  
ni, ut in publico luctu, uestes precio-  
sas, ac ut uocant, festiuales. Prēterea iō-  
bet institui publicas preces. CL A/  
M E N T ( inquit ) ad Dominū. Hæc  
est institutio Litaniarum. Postremō,  
instituit habendam concionem de pœ-  
nitentia.

nitentia; Conuertatur unusquisque à  
via sua mala, & iniuitate &c. Habes  
insigne exemplū pīj Regis, à quo om-  
nes Reges & principes exempla uoca-  
tionis suæ petere debent. Multi sunt,  
qui putant, quòd mundani, quos secu-  
lares uocant, principes nō debeant cu-  
rare Ecclesiastica, sed tantūm politica.  
Hoc autem exemplum, & multa alia  
exēpla, Dauidis, Salomonis, Iosaphat,  
Iosie, similiter & dicta sacræ scripturæ  
testificantur, quòd principibus debeat  
curæ esse maximè omniū Ecclesiasti-  
ca. Non quæritur quidem ab eis, ut cō-  
cionentur ipsi, sed hoc quæritur, ut cu-  
rent conciones institui, & uerbū Dei  
syncerè prædicari. Non enim sufficit  
Principibus quòd ipsi sint pīj, probi, &  
honesti, sed debet etiam pro uirili sua  
& summo studio elaborare, ut & sub-  
diti fiant pīj, probi & honesti. Nā quē-  
admodum Paterfamilias non est fun-  
ctus suo officio, si ipse tantum audiat  
cōciones, & instituat uitā suā honestē,

sed etiam necesse habet familiam erudi-  
re in uera pietate, aut saltē curare ut  
erudiatur. Peccata enim familiæ im-  
putantur patrifamilias, siquidem de-  
signentur ex incuria & negligentia pa-  
trifamilias: ita dicendum est de regi-  
bus & principibus &c. Sed uideam⁹  
nunc per partes, quæ h̄ic obseruanda  
ueniant.

Rex unā cum ciuib⁹ uestiuntur in  
agenda pœnitentia, saccis, & sedēt in  
cinerē. Quid: Nū hæc opera sunt expi-  
atio p̄ peccatis? Num saccus & cinis-  
tanti sunt momenti coram Deo, ut ea  
respiciat, & propter ipsa remittat iram  
suam, ac supplicium? Nihil certè mi-  
nus: Alio qui enim superuacaneū fuīs-  
set, quōd Deus promisisset filium suū,  
ab initio orbis expiatorem peccator⁹,  
& postea misisset eum in plenitudine  
temporis, ut ppter peccata nostra mor-  
tem subiret. Potuisset enim demon-  
strare saccum & cinerem, quibus pec-  
cata expiarent. Sed res longè aliter se  
habet,

habet. Peccata nostra, sicut & Niniuitarum, grauiora sunt, quam quæ corā Deo expientur indumento sacci, & sessione in puluere. Necesse fuit, ut ad expianda peccata, Filius Dei non faccum, sed mortem susciperet, & non se deret in puluere, sed pēderet in cruce. Quid ergo sibi uolunt saccus & cīnis Niniuitarum? Non sunt expiations peccatorum, sed sunt symbola confessionis peccatorum & argumenta contritionis, quæ propter peccata habet. In Rege Thronus erat signum maiestatis. In ciuibus, alta & preciosa sedilia in publicis tēplis aut theatris erant signa dignitatis. Nunc autem Rex nō collocat se in throno regio publicè, sed sedet unā cum ciuibus in terræ puluere, seu in humilibus & abiectis sedilibus, ut palam significet se corā Deo propter peccata indignos esse sua maiestate & dignitate, sed omnes simul & æqualiter meritos interencionem. Sic etiam Rex & ciues habuerunt sua

I g preci

preciosa uestimenta diebus festis, in nuptijs, & alijs celebribus conuentibus, quibus sese ornabant, & præ ceteris hominibus eminebant. Nunc autem induunt uilia uestimenta, ut nullū uideretur inter Regem & principes, ac reliquos uulgares homines discrimen, ut significarent, se propter peccata indigniores esse, q̄ qui ornentur corpore, & confiterentur ipso uestitus gener, se unā omnes inuolutos peccatis, & extremas fordes meritos. Itaque saccus & cinis non sunt expiatio peccati, sed tantum argumenta agnitionis & confessionis peccati corā Deo. Sicut mulier peccatrix apud Lucā, cum accessisset Iesum, precatura p̄ remissione peccatorum, fleuit; Hoc fletu non expiavit peccatum. Nā & Esau fleuit, cum Jacob ei præriperet benedictionem, non tamen expiavit fletu peccatum suū. Et Christus dicit, in exterioribus tenebris fore fletū & stridorē dentiū. Et tamen nulla erit ibi peccatorum expiatio &c.

Secundō,

Secundò, Rex mandat publicum  
ieiunium. Homines, inquiens, & iu-  
menta non gustent quicque nec pascan-  
tur, ac ne aquam quidem bibant &c.  
Mandatur autem ieiunium, non hoc  
consilio, quod peccatum possit expia-  
ri, & ira Dei placari ieiunio, sicut hypo-  
critæ de ieiunio sentiunt, sed ut primū  
caro sobrietate compescatur, Deinde  
hac occasione publica conuicia inter-  
mittantur, & liceat eo commodius ad  
publicas preces & conciones cōueni-  
re. Vnde & in Mandato additur: Cla-  
ment ad Dominū in fortitudine. Hæ  
sunt publicæ preces seu Litaniae, quæ  
apud ueteres pro solennitate seruabā-  
tur non una hora, sed tota die. Itaque  
necessarium erat, ut homines toto die  
abstinerent à cibo, ut possent in Eccle-  
sia præsto adesse. Sic 2. Paralip. 20. Io-  
sophat indicit ieiunium, non ut expia-  
tionem peccatorum, sed propter pu-  
blicas Litanias, quæ ad inuocandū Do-  
minū in extremo periculo instituebā-  
tur,

tur. Sic & aliás in scriptura coniunguntur ieunium & oratio, ut sciamus ieunia fuisse instituta ad peragendas publicas litanías.

3. Sed quid est, quod etiam mandatur iumentis, bobus & pecoribus, ut ieunent? Num Deus respicit ieunium bestiarum? Nihil minus, sed mandatur eodem consilio, quo in decalogo mandatur, ut die sabbati ocientur. Nihil operis ( inquit ) facies in die sabbati, neque tu, neque iumenta tua. Exigitur enim ocium iumentorum in Sabato, ut hac occasione homines habeant occasionem intermittendi rusticos labores, & conueniendi ad sacra. Sic etiam mandatur iumentis ieunium, ne homines pascendis iumentis occupati, negligant publicas litanias & conciones, quae tunc propter imminens periculum in Niniue habite sunt. Necesse enim habuerunt homines perterriti diem in publicis esse tēplis, & uacare ibi precibus, cōcionib⁹, sacrificijs &c.

Talem

Talem ritum etiam primitiva Ecclesi apost relatum Euangelium imitata est, & sicet adhuc in summis periculis imitari, non quidem hypocriticè, Papistice, seu Monasticè, sed piè & Christi anè. Papistæ et Monachi utuntur his operibus, ut merito eorū expient peccata. Hæc est impia opinio, nec est ue rapœnitentia; Sed utendū est his ritibus, ut intermissis publicis cōuiuījs & ornamenti signifemus nōs peccasse, iram Domini meruisse, & Dominum pro remissione peccati inuocare &c.

Continetur & hoc in mandato Regis. Convertatur vir à sua via mala, & ab iniuitate, q̄ est in manibus suis. Hæc est concio de uera pœnitentia, & ueris fructibus pœnitentiæ. Nā quod antè dictum est de facco, cinere, & ieiunio, nondum est uera pœnitentia, sed tantum signum humiliationis seu confessionis peccati. Nunc autem docet uera pœnitentia. Hæc enim consistit in

in conversione à uia mala, & ab iniquitate. Conuerti autem ab iniuitate. primum est conuerti ab incredulitate, ab idolatria, ad ueram fidem in semen Abrahæ, in Christū Filium Dei. Deinde est conuerti ab externis sceleribus ad uirtutem, uidelicet, ab ebrietate ad sobrietatem, ab imposturā ad iusticiā, ab inuidia, ad dilectionem proximi, à scortatione ad castitatem, ac breuiter ab omnibus flagitijs, ad omne genus uirtutum. Hoc sibi uult mandatum Regis, cum iubet unum quemque conuerti à uia sua mala. Et hæc est poenitentia uera, quæ à nobis omnibus semper exigitur.

5. Postremò, in mandato seu concioe Regis etiam hoc additur: Quis scit, si conuertatur & ignoscat Deus, & seueratur &c. Quid ad hæc dicemus? Nū Rex dubitat de misericordia Dei, & de remissione peccatorum? An non exigitur à nobis, ut CERTO, sine ultra dubitatioe credamus, Deum remis-

tere

tere nobis peccata , propter Christū,  
 Et ut certo hoc credamus, ac in fide cō  
 firmemur, instituta sunt Sacra menta  
 apud ueteres quidem Circumcisio, &  
 sacrificia, apud nos autem Baptismus  
 & Cœna dominica, Hic ergo obserue  
 mus, quōd Rex nō simpliciter loqua  
 tur de remissione peccati, cūm dicit;  
 Quis scit si deus ignoscat, sed includat  
 etiam remissionem supplicij, quod Io  
 nas futurum predixerat. In remissiōe  
 .n. peccati, duplex solet esse remissio.  
 Vna est remissio culpæ, alia remissio  
 pœnæ. Ex Euangelio aut̄ Christi, re  
 missio culpæ certissima est, Similiter  
 etiā remissio æternæ pœnæ. Christus  
 enim ueteribus pmissus est, & nobis  
 exhibitus, ut expiaret omnem nostrā  
 culpā, & liberaret nos ab æterno sup  
 plicio gehennæ. Quare de hac remissi  
 one nunq̄ dubitandum est, & si quis  
 dubitauerit, arguit Christum & Eu an  
 geliū eius mendacij. Sed præter cul  
 pam & æternam pœnā, minatur lex

Dei

Dei peccatoribus etiam temporalē  
pœnam, & externum suppliciū. Sicut  
hoc loco, Niniuitę meriti quidē erant  
peccatis suis æternā pœnam, sed Pro/  
pheta minatur eis etiam externalam &  
mundanam pœnam, quæ ipsis & ur/  
bi corum post quadraginta dies im/  
mineret. Nec addidit promissionem  
de remissione huius externalę pœnæ,  
etiam si conuerterentur. Quare Rex  
et si certò statuere potest, quod si uerē  
agant pœnitentiam, remittantur eis  
peccata, & liberētur ab æterna poena,  
tamen non potest certò statuere, an  
Deus remissurus sit ad pœnitentiam  
ipsorū, etiam externalam pœnam, Iu/  
bet igitur populu bene sperare, & ue/  
ram agere pœnitētiā, quia cūm cer/  
to fiat, ut remittatur peccatum, & libe/  
rentur ab inferno, fortassis fieri etiam  
possit ex mera gratuita, & nō pmissa  
benevolentia Dei, ut & à uastatione  
urbis liberentur. Sic. 2 Reg. 15. Dauid  
sciebat quidem Deum remisisse sibi  
peccata,

peccata, & liberasse ab inferno, sed ne  
sciebat, nū reuersurus esset in regnū. L  
deo dicit: Si inuenero gratiam in oculis  
Domini, reducet me. Si autem dix  
erit, non places, praesto sum, &c. Sic  
Danielis 3. Tres iuuenes nesciebant se  
liberandos ab igni, etsi non dubitabat  
de gratia Dei in condonando peccato  
& liberando ab inferno. Idecirco dicunt:  
Deus potest nos eripere &c. Quod si  
noluerit, notum sit tibi Rex, quia De  
ostra os non colimus, &c.

Et uidit Deus opera eorum, quia  
conuersi sunt de via sua mala, &  
misertus est Deus super maliciam  
quam locutus fuerat, ut faceret e  
is, & non fecit.

Hoc loco abutuntur hypocritæ ad  
defendenda merita humanæ iusticiæ.  
Et affirmant iram Dei posse placari,  
& peccata expiari talibus operibus,  
qualia atea enumerata sunt, uidelicet,  
& iunio, & uestitu sacerdotum, seu cilicij

K & cū

& cucullis, sed longissimè errant. Primum enim, uniuersum Euangelium Christi huc maximè omniū respicit, & hoc unū præcipue docet, quod ira Dei non placetur, nec peccata expiatur, nisi sola passione & morte Domini nostri Iesu Christi, quæ per fidem agnoscēda & suscipienda est. Placatio igitur iræ Dei, & expiatio peccatorū coram Deo non est ullis humanis mēritis attribuenda. Deinde suprà exposuimus, quod iejunium & ciliciū per se sunt opera indifferenta, nec placet Deo, si ab impijs & nondum Deo reconciliatis fiant. Esaiæ. 58. Quare iejunavimus & non aspexisti nos: &c.

Quid ergo est, quod dicit scriptura: Vedit Deus opera eorum: Non intelligenda est scriptura hæc de operibus quæ fiunt sine pœnitentia, sed de operibus ueræ pœnitentiæ. Vnde & hoc loco sequitur. Eo quod conuersi essent à uia sua mala. Hæc est prædicatione ueræ pœnitentiæ. Deus enim in remittenda

mittenda ira sua, & condonandis peccatis, primum omnium respicit unigenitum suum filium, qui peccata expiauit. Deinde respicit eos, in quibus inuenit filium per fidem. Cum ergo hi, qui credunt in Christum, testificantur agnitionem peccatorum suorum, per ieunia, & cilicia, testificantur etiam fidem suam per emendationem uitae sue, & per bonas virtutes, quas sectantur, dico circa dicitur Deus Respicere opera eorum, non quod opera per se sint tanti meriti, ut propter ea Deus auertat iram suam, sed quia opera sunt testificatioes fidei in Christum, quem Deus solum respicit, & propter cuius solius merita remittit iram suam, & condonat peccata. Hoc nunc ad Ninivias accommodandum est. Ninivites enim fuerunt peccatores, & propter peccata sua meriti sunt excidiū urbis sue. Sed ad prædicationē Ione terrentur, ET CREDIDERUNT, sicut supra scriptura dicit. Quid ergo CREDIDERUNT?

1. Primum, Crediderunt Deū propter peccata ipsorum iratum esse, & uerbū eius, quo adnunciatur eis excidium urbis, uerum, ac uerē diuinum esse. Deinde, crediderunt Deum esse misericordem, propter semen Abrahæ promissum. Ex hac igitur fide suscepérunt ieunia & cilicia, ut testificantur agnationem peccati. Similiter cōuersi sunt à uījs suis malis ad ueras uirtutes, ut testificantur fidem & obedientiam suam in semen Abrahæ. Respicit igitur Deus opera eorum, non propter ipsorum merita, sed propter semen Abrahæ, seu propter Christum, quem per fidem agnouerūt pro solo suorum peccatorum expiatore.

Habes autem hoc loco insigne exemplum, quanta sit efficacia, quanta utilitas ueræ pœnitentia. Multi existimāt, omnia fieri fato, hoc est, necessitate quadam, & immutabili rerū ordine. Ideoq; sentiunt uanum esse suscipere consilia de uitandis futuris periculis, & inuoca

& inuocare Deum ad auertenda imminentia mala.

Ac uerum quidem est, Deum esse immutabilem. Ego Deus, inquit, & non mutor. Et: Ipsi peribunt, tu autē permanes &c. Sed quod ad imminētia pericula & aduersa attinet, Deus ita ea futura determinat, ut si homines resipuerint, recipiat eos in gratiam, & remittat futuram pœnam. Si nō semper temporalem in hoc seculo, tamen semper remittit æternam. Hierem. 18 Si Gens illa pœnitentiam egerit à suo malo, agam & ego pœnitentiam à ma lo quod locutus sum &c. Hoc initio dictum quidem est de futura uastatiōe Hierusalem, de qua prædicauerat etiā Esaias ante multos annos. Sed signifiatur hoc dicto, quod id sit institutum Dei, in minis suis de futuris afflictionibus, ut si homines conuertantur à peccatis, conuertatur etiam Deus ab ira sua. Hoc probat exemplum Niniuitarum, q̄rum exemplo etiā Hieru-

K 3 salem

salem mansisset salua & incolmis, si  
ciues Hierosolymitani eam egissent  
pœnitentiā ad concionem Hieremīe,  
quam egerunt Niniuitæ ad concionē  
Ione. Hoc idem contigisset Iudæis, si  
postea egissent pœnitentiam ad con-  
cionem Christi & Apostolorum,  
sicut Christus ipse significat, cūm di-  
cit: Hierusalem Hierusalē, quoties  
nolui congregare filios tuos, & nolui  
stī &c. Et iterum: Non dabitur ei sig-  
num, nisi signū Ione &c. Deus enim  
in tantū delectat pœnitentia, ut si impi-  
us agat pœnitentiā uel saltē externā, &  
ciuilem, cōdonet ei nō quidē peccati,  
nec remittat pœnā æternā, nisi egerit  
uerā pœnitentiam, attamen remittat  
ei aliquam partem externæ & tempo-  
ralis pœnæ in hoc seculo, sicut testat  
exemplum Achab, qui etsi manebat  
in corde suo impius, tamen cūm ad  
prædicationem Elię humiliaret se, &  
ageret externam pœnitentiam, Deus  
ita ea delectatus est, ut supplicium dif-  
ferretur

ferretur usq; ad posteros Achab, &c.  
Si uero uoluerit quispiam non tantum  
temporalem in hoc seculo, uerum eti-  
am æternam pœnam effugere, neceſ-  
se habet ueram pœnitentiā agere, quæ  
constat agnitione peccati, fide in Chri-  
stum, & obedientia. Sic Deus conces-  
sit spaciū pœnitentiæ originali mun-  
do ante diluvium 120. annos. Itaq; si  
egissent pœnitentiam ad prædicatio-  
nem Noe, tunc nō solum effugissent  
pœnam diluij, sed etiam pœnam in-  
fernī. Sic dedit spaciū pœnitentiæ,  
400. annos gentib; Cananæis, sic Pha-  
raoni, sic etiam his temporibus, quib;  
Turca nobis internectionem minatur,  
dat nobis spaciū pœnitentiæ, ad quā uo-  
cat nos per concionē Euangeliū. Si er-  
go ageremus ueram pœnitentiā, hoc  
est, si amplecteremur ex animo Euangeliū,  
& emendaremus uitā publi-  
cē & priuatim, tunc euaderemus sap-  
plicium & tyrannidem Turcæ. Nunc  
aut, quia magnus est cōtemptus Euani-

K 4 gelij

geliij, & maxima est inhonestas uitæ  
in imposturis, ebrietatibus, & alijs sce-  
leribus, metuendum est, ne non euad-  
amus supplicium. Quare precabi-  
mur Deum, ut accendat corda nostra  
spū sancto suo, quo emēdemus uitā,  
& liberemur ab imminētibus malis.

## CAPVT QVARTVM.

**E**T displicuit illud Ionç admo-  
dum & iratus est, & orauit ad  
Dominum, & dixit; Obsecro Do-  
mine, nunquid non hoc est uer-  
bum meum cùm adhuc essem in  
terra mea? Quapropter etiam uo-  
lui prœoccupare ut fuderē in Thar-  
sis: Scio, n, quia tu Deus clemens  
& misericors es, patiens & multæ  
miserationis, & ignoscens super  
malitia. Et nūc Domine tolle quæ-  
so ani-

so animam meam à me: Quia me  
lior mihi est mors quàm uita. Et  
dixit Dominus: Putas ne benè i-  
rasceris tu? Et egressus est Ionas  
de ciuitate, & sedet contra orientē  
ciuitatis, & fecit sibimet umbra-  
culum ibi, & sedebat subter illud  
in umbra, donec uideret quid ac-  
cideret ciuitati.



Actenus de poenitētia Ni-  
niuitarum, nūc de Ione in-  
dignatione, quam ex poe-  
nitentia & conseruatione  
Niniuitarum concepit. Postq; enim  
Ionas uidit quòd Niniuitæ ad prædica-  
tionem suam conuertantur ad Domi-  
num, & consequantur non tantū uen-  
am peccatorum suorum, uerum etiā  
incolumitatē urbis suæ, debuisset qui-  
dem magno gaudio affici, sicut Ange-  
li in cœlo letant super uno peccatore

K 5 poeni

pœnitentiam agente, ipse autem tan-  
tum abest, ut gaudeat, ut potius mag-  
nani indignationem secum cōcipiat,  
& inuehatur ex postulatiōe sua in Dō-  
minum Deū nostrum, quōd pepereis  
se eis. Nā quōd dicit: Quæso Domī-  
ne, a nō non hoc illud est quod dixi &c.  
ex postulatio est, qua Ionas exprobrat  
Deo nimiam suam indulgentiam ac  
etiam iusticiam. Ac intantum do-  
let de pœnitentia & conseruatiōe Ni-  
niutarū, ut etiā mortē sibi optet, &c.

Etsi autem multi solent errata San-  
ctorum excusare, & in optimam par-  
tem interpretari, tamē quia hoc factū,  
& hæc indignatio Ionē, reprehēditur  
a Deo ipso, sicut postea sequitur, idcir-  
co non licet nobis hoc Prophetæ pec-  
catum importunè excusare. Caritatis  
quidē est delicta proximi tegere, quan-  
tum fieri potest. Ex delicto autem nō  
est facienda iusticia, nec peccatum pro-  
sequitate & non peccato interpretan-  
dum est.

Ionas

Ionas igitur hoc loco iterum peccat, quod indignatur de pœnitentia, & de conseruatione Niniuitarum.

Videtur quidem sibi iustissimas habere causas suæ indignationis. Primum enim, cum Deus parcit Niniuitis, existimat Ionas uerbum Dei quod ipse adnunciauit, periclitari de ueritate. Dixit enim fore, ut post quadraginta dies Niniue subuertatur. Hoc cum iuxta propheciam non euenerit, quis postea adhibebit fidem uerbo Domini. Quis crederet permissionib⁹ Dei, si Deus minas uerbi sui non implet? Quis non damnabit prophetas uanitatis & mendacij? Putat igitur Ionas referre gloriæ nominis Dei, ut Niniue subuertatur. Quod cum non fiat, sentit eam gloriam nunc in summo esse periculo. Deinde, cum uidet Niniuitas, qui erant Ethnici incircumcisæ, consequi condonationem peccati, & recipi à Deo in gratiam, existimat nunc legem Mosis & circumcisionem uersari in sum-

in summo discrimine, quia alij Ethnici, cùm audient Deum sine respectu personarum recipere uerè pœnitētes, etiam si nō fuerint circumcisī, dicent, quid profuerit Circūcisio? Quid lex Mosi, cùm nos Ethnici etiam sine circumcīsione & lege Mosi recipimur in gratiam Dei? Hæc putat Jonas esse iniuicissima, idēque cùm metuat ne ex hac Dei indulgentia periclitetur ueritas uerbi Dei, & gloria circumcisōis, ac legis Mosi, tanta indignatione corrīptitur, ut etiam mortem sibi optet.

Sed Jonas longissimè errat. Nam quod ad ueritatem uerbi Dei conservandam attinet, Deus parcendo Niniuitis, uerè implet ueritatem uerbi sui. Etsi enim dictum fuit. Adhuc quadraginta dies & subuertetur Niniue, tamen quemadmodum suprà dictum est, hoc sic intelligitur, quod subuertetur quidem Niniue, si ciues non egerint pœnitentiā. Quod si autem pœnitentiā egerint, tunc ciuitas mansura

fit in eolumis. Nam hanc esse sententiā  
minarum Dei, significant uerba illa &  
epitheta, quæ Ionas ipse hoc loco com-  
memorat ex Exodo, & Numeris,  
Clemens, Misericors, Longanimis,  
&c. Nam si Deus est clemens & mis-  
ericors, certè libēter condonat peccatū  
his, qui ad se conuertuntur, sicut & po-  
stea in Ezechiele dicit: Viuo ego nolo  
mortem peccatoris, sed magis ut con-  
uertatur & uiuat. Hanc sententiam sig-  
nificauerat etiam ante diluvium per  
Nohā, cùm minatus est diluuiū, post  
centum uiginti annos, tridelicet signi-  
ficās, si intra hoc definitū spaciū tē-  
poris resipiscerent, diluvium non uen-  
turum. Quare Ionas frustra & imperi-  
tē metuit, ne Deus parcendo Niniu-  
tis amittat credulitatem uerbi sui.

Quod autem attinet ad circumcisio-  
nem, & legem Mosi, quæ uidentur pe-  
nititari, quòd Deus recipiat sine ihs Ni-  
niuitas in gratiam, iterū significat Ios-  
nas imperitiam suam, Circumcisio. n.

&amp; lex

& lex Mosi, quatenus quidem contineat iudicialia & ceremonialia, non pertinent ad Gentes, sed tantum ad extermam posteritatem Abrahæ. Et Deus non est tantum Iudeorum, sed etiam Gentium Deus. Etsi enim solis Iudeis promissum erat, quod Christus ex ipsorum gente nasciturus erat, non tamen promissum fuit eis, quod ipsi soli consecuturi essent salutem propter Christum, sed ut Petrus dicit: In quavis gente qui timet Dominum, (uidelicet in Christo Iesu) acceptus est illi. Et Omnis, OMNIS, inquam, qui invocauerit nomine Domini, saluus erit. Quare Ionas iterum incidit in foedum exercitorem.

Hic ergo vide mihi, quanto timore Dei ambulandum sit in uocatione eius, & nunquam auertendi oculum a uerbo ipsius. Hic Ionas fuit Propheta maximus qui ex spiritu sancto multa praedixerat, & regnum Israel prophecia sua restituerat, & quo cum Deus familiarietur

ariter colloquebatur, sicut testatur hic libellus, quem etiam Deus ingēni misericordia conseruauerat in uentre ceti. Et tamen, cūm relinquitur suis ipsius uiribus, & auertit oculos à uerbo Domini, turpiter errat in sentētia legis & Evangelij: Non intelligit, quæ sit uera sentētia legis, scilicet quod lex nō posset morte inferre nisi imponitētibus. Non intelligit, quæ sit uera conditio Christi, uidelicet, quod pertineat ad omnes Gentes, quæ ex fide eius pœnitentiam agunt. Non igitur superbiamus in donis nostris, sed ambulemus in timore Domini, & perduremus in uocatione Dei, simus Deo grati, ne propter ingratitudinem donis Dei priuemur.

Est & hoc obseruandum, quod nō sit fidendum nostris bonis, ut uocat intentionibus, sed exigamus omnia nostra instituta ad uerbum Dei. Ionas habet in hac indignatione sua optimam, ut sibi uidetur, intentionem, putat se habere

habere iustissimas causas indignationis, sed cum examinatur per uerbum Dei, manifestum fit, quod ex diabolo cum ipso pugnant. Vnde Deuteronomio 32. Non facietis singuli quod sibi recte uidetur, &c. Caveamus igitur in nostris institutis, ne quid praeter vocacionem uerbi Dei suscipiamus.

Sed Tituli & Epitheta Dei, quae Iohannes hic recenset, non sunt praeter euda. Etsi enim recitat haec ad expostulatum cum Deo, tamen uerissima sunt, & sumpta ex Exod. & Numeris, quae & idcirco nobis proponuntur cognoscenda, ut ex his discamus cognoscere, quod Deus sit erga nos affectu, & quid nobis de ipso polliceri debeamus.

*Deus CLEMENS*, seu multæ gratiæ. Hunc titulum tribuit sibi Deus in uniuersa scriptura, ut cognoscamus naturam eius, quod etsi aliquando irascitur, tamen non irascitur, ut perdat, sed ut seruat sperantes & inuocantes ipsum. Facit alienum opus, sicut Esaias dicit,

dicit, ut suum opus faciat, Irascitur, ut sit beneficis, Mortificat, ut uiuificit. Hic titulus si recte eum expendamus, excitat & cōfirmat fidem nostram in omnibus aduersis. Fides autem est cultus primi præcepti. Quare hic titulus recte cognitus facit, ut obediamus primo ac præcipuo præcepto Dei.

MISERICORS. Hoc p̄priē cōuenit naturali benevolētiæ, qualis est in parentibus erga liberos. Mater tāto amore prosequitur suos liberos, ut de ipsoꝝ grumni ex animo doleat, & cupiat, si queat, eas in se transferre. Talis ac multo maior est misericordia Dei erga afflictos Ecclesiæ suæ. Non simpliciter cōdolet eis, sed ex aio, ex corde, ex uisceribꝫ suis, ut ita loquar, cōdolet. Hic titulꝫ Dei recte cognitus operat in nobis per sp̄ritum sanctū, patientiam in aduersis. Si enim Deus condolet malis nostris, sicut mater, fieri non potest, ut mala nos opprimat. Deus enim non patietur, ut in his per-

L reamus,

reamus, sed dabit euentum, ut ferre  
queamus.

**LONGANIMIS.** Hic titulus  
3<sup>o</sup> docet nos timorem Dei, ne blandia-  
mur nobis in peccatis nostris. Deus  
enim conniuet peccatoribus, nō quod  
approbet peccata eorum, sed quod ex-  
pectet pœnitentiam eorum. Quare si  
egerint pœnitentiam, seruantur. Si fu-  
erint impœnitentes, cōpenfabitur tar-  
ditas grauitate. Docet etiam nos pati-  
entiam in aduersis. Nam quod nō su-  
bitō punit eos, qui nos malis afficiunt,  
hinc adeo accidit, quod sit longanimis,  
quam uirtutem imitari debemus, &  
patienter opem eius expectare.

**MULTAE MISERATIO-**  
NIS, hoc est: ualde beneficus & libe-  
ralis. Deus enim non solum est cle-  
mens in corde suo, sed etiam testatur  
erga nos hanc clementiam multis be-  
neficij: solet plura & maiora præsta-  
re, q̄ nos aut petere, aut affectare aude-  
amus. Confidendum igit̄ est in aduers-  
sis, &c.

Et præ-

Et præparauit Dominus Deus cucurbitam, & ascendit super caput longum, ut esset umbra super caput eius, & protegeret eū: Laborauerat enim. Et letatus est Ionas super cucurbita læticia magna.

Ionas egressus urbē, post concione, expectauit, ut corām uideret, quid accideret urbi. Sed cūm re ipsa cognosceret, longè alium esse euentum, quām ipse aut sperauerat, aut uerbo suo prædixerat, perturbatur maximo animi dolore, sicut à principio huius capitis dictum est.

Interea autem temporis, dū Ionas expectat euentum, grauissimē affligitur in agro, ab ardore Solis, ita ut mori potius quām in tanta afflictione uitam diutius ducere optaret. Etsi enim Ionas fecerat sibi umbraculum, fortasse ex farnementis temerē congestis, tamē hoc umbraculum non poterat solis rā  
L 2 dios

dios ita arcere, ut ab ipsis non ledere. Quare Dominus parat ei cucurbitā, cuius umbra Ionas ita refocillatus est, ut ingētilæticia gestiret. Hic ergo primū obserua, quod cūm umbraculū à Iona ædificatum nihil iuuet eū, nec defendat ipsum ab uestu solis, manifeste significetur, humana studia, & humana præsidia nihil opis conferre nobis in grauibus nostris temptationibus & afflictionib⁹. Etsi enim nostra studia, quantum pie & bona conscientia fieri potest, non sunt in aduersis intermittenda, sed omnia pia, iusta, recta, licita & honesta tentanda sunt, ne tēetur Deus, tamen necessitas exigit, ut cūm omne humanum nostrum studium in unum contulerimus, non confidamus eo, sed respiciamus ad Dominum Deum nostrum, & petamus ab eo incrementū nostri studij. Semper enim nobis mente uoluenda est ea historia, quæ de captura pisciū, & de Petro scripta est. Petrus tota nocte frustra insumpserit.

Sumpserat labore ad capiēdos pisces.  
Sed cūm Christus iuberet eum rete de-  
mittere in mare, tum omnia prospe-  
rē cesserunt.

Mulier hæmorrhœissa impenderat  
omnem pecuniam suā in medicos,  
& nihil adiuta fuit, sed postea uno uer-  
bo curata est per Christū. Sic & Ionas  
nihil adiutus est suo umbraculo, sed  
postquam Dominus parauit ei cucur-  
bitam, non solum tutus fuit ab æstu  
solis, uerum etiam magno gaudio af-  
fectus est. Hæc non eō recitantur, ut  
discamus ignauiam in nostra uocati-  
one, & neglectionem nostri officij in  
Parandis omnibus rebus, quæ nobis  
ad conficienda nostra negocia necessa-  
rie sunt; Nihil enim in periculis omis-  
tendum est, quod humanitùs & com-  
modè, & piè fieri potest, Sed hæc eō re-  
citantur, ut rebus omnibus nostro cō-  
silio paratis, sciamus necessariā esse o-  
pem diuinam, & eam implorandam.  
Luxta illud: Nisi Dominus custodie-

L 3 rit ciui-

rit ciuitatem, frustra uigilat qui custo-  
dit eam &c.

Deinde, cum Deus in tanta æstus  
afflictione parat long cucurbitam, ex  
cuius umbra Jonas recrearet, signifi-  
catur, quod Deus tanta sit clementia,  
ut quotq[ue]t in uocatione ipsius ambu-  
lant, & in ea affliguntur, det ipsis even-  
tum, quo possint sufferre, & in aduer-  
sis seruari, iuxta illud: Per diem sol nō  
uret te, nec luna per noctem. Et: Qui  
habitat in adiutorio altissimi. Et mox:  
Cadent à latere tuo mille, &c: ad te au-  
tem non appropinquabit. Et Esai. 43:  
Si ambulaueris per ignem, non com-  
bureris &c. Sic filij Israel proficisceba-  
tur ex Aegypto in desertum. Etsi au-  
tem non erant frumenta in deserto, ta-  
men Deus dat euentum, ut potuerint  
ferre, quia misit manna, & dedit aquā  
ex petra. Hieremias ambulabat in uo-  
catione Dei, cum prædiceret futuram  
uastitatem Hierusalem, & coniicieba-  
tur non solum in carceres, sed etiam  
in luctū,

in luto, ut uideretur inedia periturus.  
Sed Deus dat euentum, ut queat fieri,  
quia & amici impetrant, ut è luto  
educatur, & postea hostes cum libe-  
rent, & restituant ipsum libertati &c.

Apostoli emittebantur ad prædicā-  
dum Euangeliū in orbe terrarū,  
sed sine uiatō. Dat igitur Deus euen-  
tum, ut cùm nihil haberent, omnia ta-  
men possiderent. Hæc dicta & exem-  
pla scripture idcirco proponuntur no-  
bis, ut etiamsi nobis suscipienda sint  
pericula in uocatione Dei, tamen ade-  
amus ea intrepido animo, certissima  
spē concepta, quod Deus datus sit e-  
uentum, ut possimus pericula ferre.

Sed Deus præparauit uerem  
ascensu diluculi in crastinum, &  
percussit cucurbitam, & exaruit.  
Et cùm ortus fuisset sol, præcepit  
Dominus uento calido & urenti,  
& percussit sol super caput Ione,

L 4 & æstu

& astuabat. Et petijt animæ suæ, ut moreretur. Et dixit: Melius est mihi mori quam uiuere.

Ionas recreatur umbra cucurbitæ, non est autem diuturnum gaudium, quia cucurbita statim percutitur uermi, ut pereat, & Ionas iterū in tantum affligitur, ut optet sibi mortem.

Hæc est imago uarietatis humanae rerum in hoc mundo. Et tamen sentiendum est, quod hæc uarietas non fiat temere, sed iusto & prudenti consilio Dei.

Initio, Ionas nunc gaudet ob umbram, nunc dolet propter interitum cucurbitæ. Talis est cursus uitæ hominum. Nunc gaudet ob prospera, nunc dolent ob aduersa. Et tamen hæc fiunt non fortuito casu, sed diuina ordinazione. Nam quod pereat cucurbita, & coniçitur Ionas in magnu dolorem & indignationem, uoluit Deus Ionam docere, quod cum ipse doleat propter interitum

interitum cucurbitæ, quā tamen nec  
seuerat, nec elaborauerat, multo ma-  
gis conueniat Deo dolere propter in-  
teritum tātæ urbis Niniue, cuius ipse  
creator & gubernator erat, & tantæ  
multitudini parcere. Discamus igitur  
quòd Deus nunquam cōiçiat nos in  
aliquem dolorem, aut afflictionem.  
Quin uelit aliquid nos docere, uideli-  
cet, uel probare fidem nostram, uel ex-  
citare ad pœnitentiam, uel gloriā no-  
minis sui illustrare, de qua res æpe ali-  
as dictum est,

Deinde, nec illud prætereundam  
est, quòd Ionas toties optat sibi mortē,  
cùm antea deuoratus à ceto, mortem  
uehementissimè timuerit, & eam sit  
deprecatus. Iterū pingit nobis ob oculos  
uarietas humani ingenij. Sæpe pre-  
cor mortē, ( inquit Poeta) mortē quo  
que deprecor idē. Sic alias Elias nūc fu-  
git mortē, nūc optat mortē. 3. Reg. 19.  
Hæc uarietas nostri ingenij, etiam in  
sanctissimis uiris diligenter est obser-

L 5 uanda

wanda & cognoscenda, non ut eam ap-  
probemus, aut etiam excusemus, sed  
ut corrigamus & emendemus. Non  
possimus quidē abiçere omnem me-  
rum mortis, nec possimus cauere, ne  
mortē in magnis aduersis optemus,  
Sed hoc emendandum est: ex una par-  
te, ne in metu mortis desperemus, sed  
fiduciam in Christo concipiamus, &  
mortem fortī animo feramus; ex alte-  
ra parte, ne optione mortis nobis ipsis  
mortem inferamus, sed in uocatione  
Dei perduremus, certa spe concepta,  
quod etiamsi maxima sint pericula,  
tamen Deus datus sit euentum, ut  
possimus sufferre, &c.

Et dixit Dominus ad Ionam,  
Putasne benè irasceris tu super he-  
deram? Et dixit: Benè irascor ego  
usque ad mortē. Et dixit Domi-  
nus: Tu doles super hederam,  
in qua nō laborasti, neque fecisti  
ut cresce-  
bant?

ut cresceret, quæ sub una nocte  
nata est, & sub una nocte perijt, &  
ego non parcam Niniue ciuitati  
magnæ, in qua sunt plus quam cē-  
tum uiginti milia hominum, qui  
nesciunt quid sit inter dexteram  
& sinistram suā, & iumenta multa.

Cum Dominus antea præparasset  
Ionē hederam seu cucurbitam, ut um-  
bra eius ab æstu solis defenderetur, &  
hedera mox exaresceret, conturba-  
tus est Jonas magna indignatione. Re-  
prehendit igitur Dominus iram eius,  
& explicat, quid sibi uelit, quod effec-  
tit, ut hedera una nocte enasceretur,  
& continuò iterū marcesceret. Suprà  
enim, cum Jonas uideret Deum par-  
cere Niniuitis, grauiter tulit clementi-  
am Domini erga Niniuitas, & uehe-  
menter iratus est. Nūc ergo docet Do-  
minus Ionam, quam iniusta & crude-  
lis sit ira eius, argumento ducto ab he-  
dera illa.

dera illa. Tu doles, inquit, super hederā, in qua non laborasti, & ego non dolerem nec parcerem ciuitati tam magnæ, quæ primū mea benedictione ad tantam maiestatē peruenit, & meo beneficio facta est hoc tempore domina orbis. Deinde in qua sunt tot milia infantium & puerorum, qui nondum peruererunt ad annos discretionis, præterea etiam iumenta, quæ nihil malī designarunt unquam.

Habemus ergo hoc loco exemplū eius dicti, qd extat apud Paulū Ro. 1. Inuisibilia Dei cognoscuntur ex uisibilibus creaturis. Inter creaturas autē recensentur etiam affectus hominum naturales. Non enim loquimur de uitiosis aut corruptis affectibus, quales sunt inuidia, auaritia, crudelitas, cōcupiscentia alienæ rei, quæ sunt peccata, & quorum autor est Satan, nō Deus. Sed loquimur de affectibus hominum, quos Deus in nobis natura creare solet. Horū affectus, unus est, quod doleamus

doleamus, si quid rerum utilium inutilis fiat, ac pereat, sicut hoc loco Ionas dolet, quod cucurbita, res utilis, tam cito pereat. Etsi enim hic affectus non fuit in Iona sine peccato, tamen ipse per se affectus, non fuit peccatum. Sic dolet discipulus Elizei, quod securis, res uidelicet utilis, qua utebatur ad secunda ligna, ceciderat in aqua. 4. Reg: 6. Hic est affectus naturalis, non casus in carne nostra exortus, sed diuinitus creatus. Quid ergo ex eo descendunt est? Illud uidelicet, qd ex hoc affectu in nobis sensibili discam⁹ & admone amur, de affectu Dei erga nos, alioq; insensibili, & inuisibili. Si enim nos ualde dolemus propter res amissas aut perditas, quas tamen nos nec creauimus, nec fecimus, cognoscamus Dominum Deum nostrum multo magis dolere propter homines, quos ipse creauit, & ad quorum salutem, Filius su⁹ in has terras misit, interitū & perditionem. Vnde & alias iuramento affirmat,

fimat, se non cupere, sed magis optare salutem hominum peccatorum. Vix ego, inquiens, nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat. Sic in Esaia cap. 49. docet affectum suum cognoscendum ex affectu materno. Nungd obliuisci, inquietus, potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui. Et si illa oblitera fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Sic etiam significat affectum suum cognoscendum ex affectu paterno Luc. ii. Quis est ex uobis pater, a quo si filius petierit panem &c. Si ergo uos cum sitis mali, nostis bona dona dare &c. Sic Luc. 15. ex dolore, quem habet paterfamilias ex amissa uxore, & materfamilias ex amissa dragma cognoscit clemētia Dei erga amissos homines, hoc est, erga peccatores, ut reducatur ad poenitētiā & salutē. Quare naturales nostri affectus non sunt a nobis oscitāter considerandi, nec sic aspiciēdi, quemadmodū uitulus aspicere solet nouā portā, sed considerem⁹ eas, ut crea-

turas

turas Dei, ad hoc ordinatas, ut sint nobis domestici concionatores, qui doceant nos, qualiter Deus sit affectus, & reddant nobis affectus Dei sensibles, qui alioqui sunt insensibles seu invisibles.

Deinde cum dicitur quod Deus parcat & misereatur urbi Ninive, propter tot milia hominum, qui nesciunt, quod sit inter dexteram & sinistram, aliud aliter interpretatur: Alius intelligit infantes & pueros: aliud vulgum adulterum & simplicem. Nos sequimur vulgarē sententiā de pueris & infantibus, qui nondum peruererunt ad annos distinctionis. Non est autem sentiendum quod Deus parcat infantibus & pueris, propter ipsorum innocentiam. Et si enim infantes sunt innocentes coram hominibus, tamen non sunt innocentes coram Deo, quia sunt in peccato concepti & natū: sed parcit eis, dum abus de causis, primū, quod sit natura clemens & misericors. Non est uox

Ientis

lentis, inquit, nec currentis, sed misere-  
rentis Dei. Et Exod. 34. Dominator  
Dominus, Deus misericors, clemens  
&c. Deinde, quod maiores natu, si no  
omnes, attamen bona pars ciuitum in  
Niniue egerunt poenitentiam ad pra  
dicationem Iong. Parcit igitur Deus  
infantibus propter maiorum poenite  
tiam, sicut alias dicit: Faciens miseri  
cordiam in millia his qui diligit me.  
Quemadmodum enim Deus solet in  
fantes & pueros delere propter mai  
orum impietatem, ut in diluvio, in Zo  
domis, & in Amalecitis 1. Reg. 15. Ita  
solet etiam infantibus benefacere prop  
ter maiorum pietatem. Quare si pa  
rentes bene cupiunt liberis suis, & uo  
lunt eis magna beneficia conferre, no  
opus est, ut congregent eis magnas  
opes, sed opus est ut colant ueram pie  
tatem, & faciant suum officium, in sua  
uocatione.

Postremo, quod addit: Et iumenta  
multa, quasi uero Deus parceret tan  
te urbi

Orbi etiam propter iumenta, & habere  
ret quoque curam iumentorum.  
Certè Deus etiam suo quodam mo-  
do sollicitus est pro iumentis. In lege  
dicitur: Non facias ullum opus in  
Sabbato, neque tu, &c. Neque IV/  
MENTVM tuum. Et in psalmo:  
Qui dat iumentis escam ipsorum &c. Psalm. 104.  
Psalmo trigesimo sexto. Homines & 145. 147.  
iumenta saluabis ( uidelicet corpo-  
raliter) &c.

Attamen Deus non parcit homi-  
nibus propter iumenta, sed parcere  
solet iumentis, propter homines. Si-  
cūt aliás iumenta puniuntur pro-  
pter hominum impietatem, ut in su-  
perioribus exemplis, Diluij, Zodo-  
morum &c. ita & iumentis benefit di-  
uinitus propter hominum pietatem.  
Deute. uigesimooctauo: Si audieris  
uocem Domini Dei tui, benedictus  
erit fructus iumentorum tuorum, gre-  
ges armentorum tuorum, & caulæ  
ouiū tuarum. Benedicta horrea tua, &  
M bene

benedicte reliquiæ tuæ. Benedicctus  
eris ingrediens & egrediens, &c. Qua-  
re si cupis iumenta tua, boues & equos  
saluos seu incolumes, nō debes uti in-  
cantationibus, sed sis pius, & secteris  
uocationem Domini, &c.

Habes historiam Ione, in qua cūm  
multa sint memorabilia, & obseruabi-  
lia, hæc ferè præcipua sunt: Primum  
in ipso Iona, exemplum infirmitatis,  
etiam sanctissimorum hominum. Vi-  
dimus enim inobedientiam Ione, ite-  
rrores & pauores eius in uentre ce-  
ti, Item indignationem eius in pœni-  
tentia Niniuitarum. Sed tamen quia  
manet in inuocatione Domini, serua-  
tur mirabiliter. Deinde exemplum  
pœnitentiae in Niniuitis, quo admo-  
nemur, ut et si grauissime peccauimus,  
& meriti sumus internectionem perpe-  
tuam, tamen non desperemus de salu-  
re nostra, sed agamus pœnitentiam ue-  
ram. Patet enim semper receptus ad  
cœlestem salutem, si ueram pœniten-  
tiam

tiam suscepimus per Iesum Christū  
Filiū Dei, unicūm seruatorem no-  
strum, qui est unā cum patre & spiritu  
sancto Deus benedictus in se-  
cula, AMEN.

Finis Commentarioli in Ionam.

M 2

# DE IONA PROPHETA, C VIAS fuerit, & quòd non fuerit filius mulieris uidue Sareptane, M. L.



V N T qui existimant  
(quemadmodū D. Hieronymus ostendit) Ionā  
Prophetam fuisse filium  
uiduae illius in Zarpath prope Zidonem,  
quaꝝ Prophetam Eliam famistē  
pore sustentauerat, quemadmodum  
scriptum est libro tertio regum capite  
decimo septimo, & Lucæ capite qua  
to, hinc occasione sumpta, quòd seip  
sum propheta hoc loco uocat filium  
Amithai, hoc est, filium ueracis: quia  
mater ipsius dixerat ad Eliā, cùm iam  
ex morte in uitam reuocasset illum:  
Nunc in isto, inquiens, cognoui, quo  
niam

niam uir Dei es tu, & uerbum Domini in ore tuo uerum est.

Per me quidem licebit, hoc uerum esse ut credat qui uolet; mihi quidem non sit uerisimile, Pater uero ipsius dictus est. **אַמִתָה** Amithai, Latine **Ve  
rax**, Germanice warhaftig. Et fuit de Gath Hepher, quæ est ciuitas in tribu Sebulon, Iosue 19. Sic enim scriptum est 4. Regum. 14. Rex Ierobeam restituit terminos ab Hemath usque ad mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel, quem locutus est per seruum suum Ionam filium Amithai prophetam, qui erat de Gath Hepher. Adhæc, uidua illa Sareptana erat mulier ethnica; sicut Christus ait Lucæ 4. Jonas autem fatetur in primo capite se Hebraeum esse.

Constat igitur Ionam Prophetam fuisse temporibus Ierobeami regis, cuius auus erat rex Iehu, quo etiam tempore rex Uria in Iuda regnabat, Vixerunt in eodem regno Israel iisdem tem-

poribus, Hosea, Amos, Ioei, Prophetæ  
alijs in locis ac ciuitatibus, unde fa-  
cile cō̄ncere licet, Ionam fuisse virum  
excellentem, ac magni nominis pro-  
phetam in regno Israel, & per quem  
Deus res maximas gesit, quod nimis  
rum Prophecia longe prophetæ Rex  
Ierobeam tanta rerum suarum fœlicis-  
tate potitus est, ut omnia illa recuperá-  
uerit, quæcumque Hasael Rex Syriæ  
regno Israel ui abstulerat.

Hoc uero longè maximum est om-  
nium eorum, quæ in populo suo effe-  
cit, quod tam magnum potensque re-  
gnum Assyriæ concionibus suis inua-  
dit, tantoq; cū fructu apud Ethnicos  
dacet, quanto apud suos multis etiam  
cōcionibus sese effecturum nunq; spe-  
rare potuisset. Quia quidem in re uolu-  
it Dominus Deus noster ueritatem  
dicti illius apud Prophetam Esaiam  
declarare, cùm inquit: Quibus nō est  
annunciatum, contemplabuntur, &  
qui non audierunt, intelligent. Quo  
exemplo

exemplō, docemur sic plerūq; acci-  
dere, ut omnes īj, qui uerbum abundē  
habent, hoc ipsum etiam fortiter con-  
temnant, ac uicissim qui illo carēt nec  
habere possunt, magna audiātate illud  
quærant & suscipiant, sicut testatur  
Christus ipse Matthēi 21. dicens: Ideo  
dico uobis, quia auferetur à uobis re-  
gnūm Dei, & dabitur genti  
facienti fructus eius.

Amen.

M 4

# INDEX IN EXPLI- cationem Ionæ.

- A** Chab pars externe & temporalis pœna  
remissa 134  
Adami inobedientia 26  
Aduersa sunt Deo accepta ferenda 67  
Aduersitatum & afflictionum primarius autor  
Deus 66  
in aduersis omnia licita & honesta tentanda 148  
Affctus Dei quomodo cognoscendus 157  
Afflictionum tēpus, & modus liberationis à Deo  
definitus 49  
Afflictionum & tempestatum utilitas 29  
Afflictionum cause 65. 88. 133  
Afflictionum mari cur obruamur 89  
Alleuiare nauim in periculis 34  
Ambulans in uocatiōe Dei habet auxiliū Dei 150  
Auditus uerbi Dei longinque quærēdus 92
- B**
- Babylonica captiuitas exemplum clementiae &  
prouidentiae Dei 50  
Beneficio accepto à Deo quò uocemur 86. 87  
Beneficia accepta reddunt nos insolentiores &  
peiores 86  
Bonis nostris intentionibus non fidendū 143
- C**
- Cain securus occiso fratre 21. 23  
Cain &

# INDEX

Cain & scelerati fugientes à facie Domini	14.
Carminum siue cantionū piarum cultus	57
Causa afflictionū alia meriti, alia inferētis	66
Christus Ionas noster	46
Christus præcipuum exemplū clemētiae Dei	50
Christus cur metuerit mortem	69
Christus non est liberatus ab externa cruce	81
Clamare cur dicantur prophetæ	92. 93
Clemens, epitheton Dei	144
in Concionibus audiendis, non quis, sed quid dicitur, attendendum	114
Consilio humano non evitantur pericula diuinitus immissa	43
Contempti & abiecti quō se debeat erigere	51
Corporalis salus reponi debet in arbitriū Dei	74
Credere in Dominum cōpletebitur tria	106: 109
Cruce & aduersis discitur obedientia	87
Culpæ remissio, & pœnæ remissio	127
Cura & sollicitudo Dei pro Ecclesia	48. 49. 50. 51
D	
David trepidauit ad mortem	70
Deus quo modo sit cum Patriarchis & Prophetis locu us	2
Deus non est respector personarum	7
Deus quas gentes faciat saluas	7
Deus puniturus cur incipiatur pœna à Sanctis	42
Deus à magistratu quid exigat	44

# INDEX

<b>Deus quid respiciat in remittenda ira</b>	<b>131</b>
<b>Deus semper remittit pœnam æternam</b>	<b>133</b>
<b>Deus quantū delectetur pœnitētia etiā impij</b>	<b>134</b>
<b>Deus conseruat ueritatem uerbi sui parcendo Ni-</b> <b>niuitis</b>	<b>140</b>
<b>Dei affe<sup>t</sup>us erga homines peccatores</b>	<b>8</b>
<b>Dei clementia &amp; prouidentia erga suos</b>	<b>48</b>
<b>Doctrina cuiusvis nō temerè arripiēda</b>	<b>115</b>
<b>E</b>	
<b>Ecclesiæ quātæ curæ sit Deo</b>	<b>49. 50</b>
<b>Ecclesiæ primitiæ ritus in Litanij</b>	<b>123. 124</b>
<b>Ecclesiariū prædones publici &amp; uastatores</b>	<b>92</b>
<b>in Ecclesia coram Deo oēs sumus æquales</b>	<b>117</b>
<b>Emenda, ein Buß</b>	<b>40</b>
<b>Ephod sacerdotale</b>	<b>3</b>
<b>Eremitæ dictum, quòd nihil sit difficilius quam</b> <b>orare</b>	<b>78</b>
<b>Euangelij promissiones sunt certissimæ</b>	<b>97. 100</b>
<b>Euangelij uniuersi scopus</b>	<b>130</b>
<b>F</b>	
<b>Fato &amp; necessitate an fiant oīa</b>	<b>132</b>
<b>Fides in Dominum carni impossibilis</b>	<b>105</b>
<b>Fides non humanū, sed diuinū opus</b>	<b>106</b>
<b>Fletus peccatricis &amp; Esau non fuit expiatio pec- catorum</b>	<b>123</b>
<b>Fuga Iona à conspeclu Domini</b>	<b>11</b>
<b>Fuga Iona præcipua causa</b>	<b>96</b>
	<b>Fugere</b>

# INDEX

Fugere à facie Dei qui dicantur	13
G	
Germanie malicia, condēnatio & cōseruatio	9
Gratitudo uera quomodo declarāda	87
Gratitudo alia piorū, alia impiorū	82
Gratias ueras Deo qui agant	83. 86
H	
Hominū ignorantia in conseruāda uita spūali	34
Humana prēsidia nihil opis conferunt in tentati- onibus grauibus	148
Humanarū rerū uarietas nō fit temere	152
Hypocritarū doctrina de pænitentia	101
I	
Ieiuniū per se nō expiat peccatum	III. 123
Impietate & temeritate an euadātur pericula	19
Impius quod timet accidit ei	19
Incantatrices an possint tempestates excitare, & quare publicis legibus puniantur	25
Infantes an sint innocentes	159
Ingenij humani uarietas	153
Inobedientia quantum peccatum	18. 26
Inobedientium stultitia	27
Inobedientia & peccato non conseruatur bona fama	18
Intentioni bone an fidendum	143
Inuocatio Sanctorum	32. 59
Inuocatio Dei in periculis retinenda	61. 76
Inuocatio	

# INDEX

<i>Inuocatio Dei duplex est</i>	77
<i>Inuocare Deum uerè qui possit</i>	78
<i>Inuocationis studium commendatur</i>	79
<i>Inuocanti Deum duo agenda</i>	79
<i>Ionas errat in sentētia legis &amp; Euang.</i>	143
<i>Ionas in mare iniectus quid significet</i>	46
<i>Ionas fuit Propheta insignis &amp; celebris</i>	16
<i>Ionas est timoris Dei exemplum</i>	18
<i>Ionas exēplum clemētiae &amp; prouidētiae Dei</i>	48
<i>Ionas habet tres partes pœnitētiae Papistice</i>	40
<i>Ionas nū uanus &amp; mendax, quòd dixerit Ninius subuertendā, que nō sit subuersa</i>	96. 140
<i>Iona fuga à cōspectu Domini u. consilium eius in fuga sua</i>	15
<i>Iona peccatum propter indignationē</i>	139
<i>Iona inobedientia</i>	18
<i>Iona securitas</i>	20
<i>Iona conseruatio in uentre ceti</i>	54. 55
<i>Israclitiae clementiae &amp; prouid. Dei exemplū</i>	48
<i>Iudas habuit tres partes pœnitētiae papisticae</i>	40
<i>Iumentorum incolumentas unde</i>	161
<i>Iumentorum ocium in sabbato cur exigatur</i>	125
<i>Iumentorū ieiuminium cur mādatum</i>	124
<b>L</b>	
<i>Legendæ Sanctorum quomodo proponant mortes Sanctorum</i>	68
<i>Legis &amp; Euangelij discrimen</i>	97
	<i>Legis cōcio</i>

# INDEX

- Legis concio continet etiam concessionem Euāngelij  
de Christo 108
- Liberationis exempla in pījs quid nos doceant 48. 49. 50
- Liberatio & externa salus non semper contingit  
in periculis extremis 51. 82
- Liberatio seu salus ē morte duplex 72. 82
- Liberatio externa reponēda in arbitriū Dei 74
- Liberati ē magnis periculis nō debēt ocīari 86
- Lingua aliena in Ecclesia loqui 93
- Litanīæ seu publicæ preces 118. 123

## M

- Magistratus & patris familias officiū 44. 45
- Magistratus occidendi homicidas ante diluvium  
nō erat ordinatus 46
- Malorum contubernia fugienda 26
- Mandato Dei aut obediendū aut percundū 27
- Metus mortis in Sanctis 68. 70. 71. 154
- Minarum sententia que 97. 142
- Miraculorum ratio 54
- Miraculum de Iona quē habeat usum 55

## N

- Nauis Iona figura huius mundi 30. 32
- Nautarum prudentia in alleniāda nauī 33
- Niniue urbs 90. eius conditor 6.
- Niniuitæ crediderunt cœlesti uirtute 105
- Niniuitæ quare indixerint ieiunium 110

Niniuitæ

# INDEX

Niniuitarum foccus & cinis	121.132
Notitia Dei legalis & euangelica	29
O	
Obedientia Deo præstanda quare?	27.44
Occultè peccantes manifestaniur	36
Opera nū sint expiatio peccatorū	120
Opera ueræ pænitentiæ uidet Deus	130
Oratione nihil difficilius	78
Oratione quò sit cōfugiendum	76
Orationis præconiū summum.	76
P	
Papistici cultus sunt obscura misitatio	93
Parochiæ sunt conseruandæ	91
Patrissimilias boni officium	119
Peccati ingenium & natura	22
Peccati grauitas agnoscenda	26
Peccata coram Deo celari nō possunt	35
Peccata non expiantur nostris operibus	121
Peccator resipiscens semper consequitur ueram & eternam salutem	61
Pericula an euadantur impictate	19. 43
Pericula euadendi uera via	28. 44.74
in Periculis externis quid agendum	74
Pænitentiæ agendæ uera ratio	13. 104. 110.125
Pænitentiæ ueræ quanta efficacia	132.135
Pænitentia uera quibus cōflet	135
Precandi Deū tempus aptissimum	59
	Promissiones

# INDEX

Promissiones Euangeli sunt certiss. 100

Prophecia duplex, prædestinationis et cōmin. 96

Propheciæ comminationis quō intelligēdæ 98

## R.

Regum et principum officium 117. 119

in remissione peccati duplex remissio 127

Resipiscētia quantū bonum 52. 60

## S

Salus seu liberatio è morte duplex 72

Salus externa nō semper cōtingit inuocāti 81

Sanctorū peccata nō excusanda importune 138

Sanctorum inuocatio prohibita 32. 59

Securitas post perpetratum peccatū 21. 22

Solicitude Dei pro Ecclesia 49. 50. 51

Sorte occulta inquirere an licitū 35

Suppliciorum ratio 8. 24

## T

Temerè nihil suscipiendum 19

Tēpestates in mari et terra, an casu fiant 25. 30

Timoris Dei exemplum Ionas 18

Tituli et epitheta Dei 144

## V

Vanitates frustra obseruare quid 82

Verbū reuelatur ante suppliciū 8

Verbum Domini in præcipuis mundi Monarchijs

semper adnuntiatum 90

Vocatio Dei sestända 142. 149

FINIS INDICIS

名言錄

卷之三  
宋人詩句

王安石  
自詠詩句

蘇東坡  
詩句

黃庭堅  
詩句

米芾  
詩句

蔡襄  
詩句

王禹偁  
詩句

歐陽文忠公  
詩句